

# MIRACULUM MUNDI,

*Sive*

# PLENA PERFECTAQUE

## descriptio admirabilis Naturæ, ac Proprietatis potentissimi SUBIECTI,

*Ab antiquis*

## MENSTRUUM UNIVERSALE

*Sive*

## Mercurius Philosophorum dicti:

*Quo*

Vegetabilia, Animalia & Mineralia facillime in saluberrima Medicamenta, & imperfecta Metalla in permanentia ac perfecta transmutari possunt.

*In gratiam secretæ Naturæ Scrutatorum editum,*

à

JOHANNE RUDOLPHO GLAUBERO,

atque ex Germanico Latinum factum.

*Cum S. Cæs. Majest. Privilegio.*



*Impressum AMSTERODAMI,*

Apud JOANNEM JANSSONIUM.

M. DC. LIII.

# PRÆFATIO

*Ad*

# LECTOREM.



*Vicunque hic de incomparabilis Subjecti, ab antiquis Philosophis* Solvens *sive* Menstruum Universale *dicti, Proprietate, natura & essentia agens libellus occurrit, & summarum ipsi à me adscriptarum virtuum lectione offenditur, ideoque quia captu em non assequitur, fidem derogandam censet, i notum esse volo, quicquid ei virium tribui ur, illud nequaquam figmentum, somnium anamque esse opinionem, sed diligenti plurinaque praxi inventam veritatem habendam. Quin vero nonnulli sint futuri qui hæc in duium vocantes meras impossibilitates judicaunt, facillime conjicio, qui perspectissimum abeo, quanta mysteriorum Naturæ ignoran-*

 *tiâ*

*tiâ præsens mundus, proh dolor, laboret, cert. hoc scriptum non omnibus arrisurum: illis q in Naturæ cognitione aliquousque pervener nimis clarum & apertum, imperitis vero, n dis tantum opinionibus refertis, Cimmer tenebræ judicabitur, altero plus, altero mini æquo factitatum esse credente: verum hoc so latio est, quod nondum natum esse sciam, q omnibus placuerit, vel placere potuerit; pra mium quod miser mundus præripere non va let, spretis, instar innocuæ procellæ, hujusm di incertis judiciis, in futurum exspecto. Q omnia Cavillatorum ora obthurare velit, e honos sit auribus, multum merdæ sit opo tet, ut vulgus ait: nec aliam quam ingrat tudinis mercedem pravus mundus sinceris h minibus unquam retribuit. Nonne Christu Salvatorem ipsam Virtutem & Veritate cum suis Apostolis, Sectatoribusque persecu tione tandemque morte afflixerunt? quem plurimi seculi nostri scribæ etiamnum pen se haberent, nova internecione tollere hau erubescerent, cujus multifaria DEI vi tute edita miracula vel impossibilia vel di bolica traducerent, ipsum confestim ad igne abrepturi. Hæc stupenda malorum ingrati*

*tud*

udo cauſa eſt, cur multa humano generi alias roficua bona in tenebris delileſcant. Quam rimum enim aliquis creditum ſibi talentum uxta CHRISTI mandatum non defodere, ſed in proximi commodum fenori dare ontendit, extemplo viperina Phariſæorum rogenies proximi emolumento ſemper invida, veritatem oppugnat, ut vel optimus quiſque eorum ludibria non effugiat. Num plus ucri erit, ſi omnia tua inventa mundo proſtitueris, quam ſi celaveris? Hanc ob cauſam plura impræſentiarum non agam, ſaltem quæ miracula hoc Univerſali menſtruo patrentur, indigitabo: integrum cuique erit, fidem quantam libuerit, dictis adhibere, mea nil intererit, ſi vel à nemine credantur, mihi ſatis fuerit, ubi & qua ratione Veritas ſive Naturæ Secreta invenienda ſint, oſtendiſſe.

Quod ad Subjectum attinet, cujus Naturam & Operationes delibare conſtitui, hoc iſti eſt ſimile, cujus in Opere Minerali mentionem feci, Alkaheſti nomine inſigne, quam appellationem non abſque ratione ei impoſitam ibidem demonſtravi. Cum ergo jam dudum

*optima quorundam* Philoſophorum Menſtrua *eodem nomine inclaruerint, mihi vero non conſtet, an illorum meo, meumve illorum viribus ac natura ſimile fuerit, non valde diſcrucior: parum enim refert, diverſa* Menſtrua *eodem nomine gaudere, etiamſi ſibi per omnia non reſpondeant.*

*Nam quemadmodum vinum eſt vinum, licet in Germania, Italia, Gallia, Hiſpaniave provenerit, ſingula tamen vinum ſunt, utut alterum alteri viribus ac ſapore præcellat, modo natura vireſque, quæ vino ineſſe debent, in eo deprehendantur. Idem de meo* Alkaheſto *judicium eſto: Scilicet, quod, ſi vires nomini ſint congruæ, ex quocunque demum* Subjecto *ſit extractum, jure merito eodem quoque nomine nuncupabitur. Quod ut melius aſſequare,* Alkaheſti *nomine intelligo calidiſſimam, igneam, ſiccam ſimulac humidam aquam, corroſiva virtute vacuam, qua* Vegetabilia, Animalia, Mineralia, *non tamen omnia eodem modo, abſque ſtrepitu ſoluta in ſaluberrima medicamenta, ut parte* I. Operis Mineralis *innui, elaborantur. Quia vero ex quo iſta ſcripſi, multi tale* Menſtruum

ſtruum *ex ſuo quiſque* Subjecto *præparare ſunt conati, impoſtores etiam aquam plane corrodentem aliis pro eo porrexerunt, ſe hoc ſecretum à me adeptos eſſe mentientes, idem quod in* Opere Mineral. *deſcripſerim, tum & alter alteri putatitium iſtud* Solvens Univerſale *care vendidit, cujus natales atque præparatio ipſum venditorem lateret, ut ita cæcus cæcum ducens in periculoſa avia ſecure abduxerit, id cum mihi innotuerit, nolens volens lectori palam facere debui, quæ propriè ſit natura* Alkaheſti *mei, quæque ipſius vires, ut erranti ſit norma, quâ de ſuo* Alkaheſto, *num meum ſit, dijudicare queat.*

*Ergo, hoc incomparabile* Subjectum *vocatur* Solvens Univerſale, *quia ejus beneficio multa incredibilia in præparatione bonorum pharmacorum, metallorumque præparatione præſtantur: nemo tamen credat, quod inſtar fortis, regiæ aliusve corrodentis aquæ ſive menſtrui metalla celeriter ac violenter ſolvat, minime gentium; ſed alia prorſus ratione operatur,* Vegetabilia *nempe atque* Animalia *via humida in digeſtione ſol-*

*vuntur, in qua solutione puriores partes ab impuris secernuntur.*

Mineralia *vero ac* Metalla *possunt & ipsa ipsius beneficio humidâ viâ soluta in bona Pharmaca redigi, vel in meliora metalla lavari, purgari & maturari, sed non eadem felicitate ac celeritate, atque viâ siccâ, quâ quam plurimæ admirandæ inexpertis incredibiles mutationes, mox prolixius tractandæ perficiuntur. Præter hos 2. solvendi modos, quorum (ut rei possibilitatem monstrarem) nonnullis sciendi copiam feci, adhuc alius longe diversus occurrit, quo metalla aliaque Subjecta celeriter coram oculis meliorantur, atque in optima medicamenta & puriora corpora maturantur, depurantur, transmutantur: Cujus Solutionis rationes cuivis exponere non opus est, maximè, quia iste labor solertem chymicum requirit, paucique sunt, quibus Naturæ arcana scrutari cordi est, sed plurima chymicorum turba vanis processibus se divexans nil Solidi in Medicina & Chymia intelligit, qui imaginarii artifices, ubi in vera scripta incidunt, eorumque sensum obtusis suis cerebellis non assequuntur, Auctoris,*

*ctoris, maledictis lacerati, industriam, ac indefessum in communicando suo talento præstitum laborem dedignantur, unde fit, ut qui aliquid boni profert, nil præter ingratitudinem expertus, talentum suum defodere, secumque sub tumulum deferre, quam in suum damnum propalare malit. Atque hæc unica est causa, cur hujus menstrui usum in præparandis medicamentis, metallisque meliorandis non sim verbotenus prosecutus, saltem quid ejus adminiculo effici possit, indigitans, ut quid de eo judicandum sit, manifestum fiat, num quod ab aliis pro tali venditatur, isti in* Op. Miner. *descripto, & hic sub incudem revocato simile sit, nec ne: haud ambigo, quin multi sint animum desponsuri, animadvertentes, suum* Alkaheſt, *ista quæ meo Menstruo hic adscribo, nullatenus præstare, simulque credituri, non esse rem tam facilem, atque antea putaverant, sed etiamsi ex vili oriatur Subjecto, tamen ejus inventionem & usum longe difficillimum existere. Quicunque enim tale menstruum habet, quo hæc sequentia parantur, ille se* Solvens Universale, *vel* Mercurium Philosophorum, *apertum ad veram Medicinam & Alchymiam ostium,*

*revera possidere gaudebit. Ideo in scrutatorum gratiam nonnihil virtutum viriumque ejus, quantum par est, ut magnalia* DEI *inde patefiant, & homo Creatori, omnis boni datori laudandi & gratias agendi materiam nanciscatur, recensere exordiar.*



DE

# DE INGENTI VIRTUTE VIRIBUSQUE, nec non admirandi hujus Menſtrui univerſalis natura & proprietate.


Res præcipuè operationes hujus beneficio præſtari poſſe operæ pretium eſt cognoſcere.

Primò, omnia Vegetab. & Animalia in liquorem ſoluta maturat, venenoque ſublato in ſalutaria medicamenta convertit.

2. Mineralia atque Metalla tam humida quam ſicca viâ ſolvit, venena cruditatemque corrigit, maturat & figit, ut bonæ fiant medicinæ, & poſt fixationem bonum ac genuinum ☉ & ☽ exhibeant.

3. Eadem Met. Miner. Lapides, aliaque compacta, 2. prædictis modis non ſolubilia ſubjecta ſolvit, maturat, purificat, horæque ſpacio metalla plus exaltat, quam priores 2. Solutiones toto die non valuerant, quorum in melius mutationem in ſingulas horas obſervare licet: ſolvit Metalla ac Miner. in penetrantem Spiritualitatem, ut Metallum, à menſtruo non ſecernatur,

natur, ſed ex utroque humida juxta ac ſicca ſolutio fiat, ex qua purior metalli pars, ſive illa ☉ ſit, ſive ☽ (præſertim ſi plura junctim fuerint ſoluta) poſt præmiſſam fixationem arte præcipitatur: unde ſatis liquet, in omnibus imperfectis met. bonum ☉ & ☽. vulgari cupellarum examine non notabile abſcondi: quæ Operatio, menſtruo tantum groſſo modo præparato abſolvitur: quod ſi hic hermaphroditus volatilis ac Spiritualis Mercurius rurſus fixus ac corporeus evadat, credibile eſt, eum multis numeris ſubtiliorem, penetrantiorem, efficacioremque ad ſolvenda, alteranda & perficienda corpora eſſe, atque antea fuerit.

Hic ejus uſus eſt in genere: Speciatim vero multiplicem ſuam virtutem abunde exerit, ante cujus deſcriptionem non inconſultum videtur, quodnam ſit commune hujus Subjecti nomen, quidque de eo vulgus ſentiat, ſubindicare. Quod ut paucis expediam, nil eſt aliud, quam nudum Sal terræ, ex quo Sal petræ conficitur: verum, quod quodvis terræ Sal, vel vulgare Sal petræ harum ſit virium, quas meo Subjecto hic aſſigno, nullus dixero, cum ſua

cuique

cuique usui debeatur ejusdem præparatio, juxta quam diversas virtutes exspectabis. Verbo: Hoc Subjectum, cunctis universæ terræ incolis, singulisque Ordinibus, notissimum esse convenit, quippe quod non modo homini, sed omni insuper Creaturæ pro varia ejus applicatione, commodare vel nocere aptum natum est. Prætermissis ergo Superioribus Magistratibus, quid cuivis Ordini, boni malive inde oriatur, vel quid eum commonefaciat, facto à Spiritualibus, quos vocant, qui omnino tales esse debebant, initio, aperiam.

Nemo, qui vel per transennam res humanas inspicit, ignorat, quam indesinenter omnes omnium religionum theologi de pulpito suis auditoribus inculcent, ut tales sint, in fide ac vita, quales se, cum subito de hoc mundo ad ultimum judicium atque severum tribunal sint abripiendi, fuisse optaverint: id quod rectissime fit, neque toties dicitur, quin, ut frequentius & dicatur, & re ipsa observetur, necessarium est & utile. Quotus vero quisque, exceptis paucis, harum rerum satagit? sane, ipsa experientia teste, nec qui dicit, nec qui audit. Cum Christi ad judicandum

mun-

mundum, adventus, ex improviſo, cum omnes imparatiſſimi erunt, inſtar fulguris fulminiſve Superiorum Elementorum, vel furis nocturni inſtar, continget, (id quod nemo ibit inficias) temporis illius fulgetra ac tonitrua nulla cum re aptius quam cum hujus Subjecti vi ac potentia conferri atque adumbrari poſſunt. Homo enim ſi lethifera tormentarii pulveris compoſitio ex eo prius confecta eſt, (de qua 2. Furnorum parte actum) quam meritò omnes metuere, eoque ſemper ad mortem parati eſſe debebant, eo mediante oculi ictu, è medio tollitur. Quæ admonitio ſi non ſedulo fiat, futurum damnum pleriſque animarum paſtoribus, hoc ſibi divinitus injunctum munus turpiter negligentibus, imputandum erit: Nam Deus nihil fruſtra ac ſine cauſa condidit: & quemadmodum ſerenus dies, jucundiſſimaque atque vivifica Solis lux, æternam lucem vitamque: cæca, frigida, horrenda, lethalis nox, extremas tenebras, damnationem, mordentem vermem, æternam mortem & cruciatum impiorum; ita & terrenum fulgur, fulmenque Salis petræ celerrimum ac ſubitaneum Chriſti adventum nobis ad vivum depin-

depingit; quod ut Ecclesiastici suæ fidei commissis animabus exponentes, à perditis viis eas revocent, hic notandum offerens, nullius sinistram interpretationem mihi, qui hoc publici boni gratia scripserim, ob id in meam perniciem cessuram confido.

Juris periti hoc terribile Subjectum spectantes, perpendant, si quando Principibus sui lucri causa, sint bellorum autores, quibus urbes evertuntur, agri vastantur, cives in exilium aguntur; vel jus fasque ex gratia pro suo lubitu pervertunt, justum condemnant, malo patrocinantur, perpendant, inquam, alium Judicem, qui nec largitionibus corrumpitur, nec personam respicit, inexspectato adventu suo omnium facta examinaturum, justissimamque pro sua æquitate sententiam laturum esse.

Medicis, Chyrurgis, Pharmacopæis hoc Subjectum, ex quo, vel per quod summa contra naturales hominum morbos medicamina parantur, inservit: unde vulgaris illius Philosophorum dicti veritas indubitanter asseritur: quod scilicet ex summo veneno, summa contra morbos medicina

ſit paranda. Nitrum autem deterrimum esse venenum, 2. Furnorum Parte evic ubi illud ipſi Baſiliſco præferebam: & quod ex eodem Nitro, eoque mediante optima Medicina ſit præparanda, hic pro batum eo. Prima Operis Mineralis parte quo pacto, mediante Alkaheſto, & Vegetab. Anim. Metalliſque multifaria, aliiſqu multis paraſangis anteponenda medica menta ſint præparanda, in gratiam Medicorum, Chirurgorum, aliorumque Medicinæ operam dantium vulgavi.

Multa vero de Medicinis impræſentiarum diſſerere animus non eſt, ſuffecerit quarum ſit virium, quibuſque uſibus hoc univerſale Menſtruū deſtinetur, commonſtraſſe. Diximus, illud omni Ordini, ſuperiori juxta atque inferiori, Spirituali ac Seculari, Nobili, ignobili, diviti pauperique prodeſſe poſſe: quorum Medicus ordo haud ſane poſtremus eſt cenſendus. Nam ſi rem æqua lance trutines, immortalis anima homini ante omnia eſt curanda, poſt illam, Corpus ac naturalis vita, ipſi poſt animæ ſalutem chariſſima: tandem bona ac facultates, inſtar accidentis cujuſpiam, quæ uti in mundum non attulit,
ita

ita nec ſecum ex mundo deferet, ſed tanquam viliorem partem mundo relinquet. Sanitatem ergo cunctis mundi opibus longe præcellere, cum ſit notiſſimum, quo pacto hujus menſtrui beneficio conſervetur, & amiſſa reciperetur, ut primo loco doceatur, altero, qua ratione honeſtus victus per illud ſit habendus, ipſa ratio flagitat. Si quis enin cornu-copiam habeat divitiarum, morbis doloribuſque obſitus, cui uſui erunt bona, quibus abſque ſano corpore frui non detur?

Quocirca prima Animæ, proximæ corporis ſaluti, tertia demum cura externis bonis naturæ lege debetur. Cum homo veram in Deum fidem habet, cum pacata erga proximum conſcientia, tunc demum bonis caducis, hilari animo, temperanter & cum gratiarum actione ad Dei gloriam frui licebit. Corporis ſanitatem, honeſtumque victum ex præfato Subjecto ſufficienter peti poſſe, monſtrare aggredior, animæ verò felicitatem viris ad hoc à Deo deſtinatis committo, quibus pro animabus ſuæ curæ creditis, ſed incuriâ malitiâve neglectis, in avia abreptis, æternoq; exitio perditis, ſatis exacta ratio olim erit reddenda.

Huic promiſſo ut ſatisfaciam, quæ inaudita iſtius Subjecti beneficio in Medicinâ edi poſſint, revelare auſpicor, proximâ, poſt Deum, in naturalibus morbis, homini omni miſeriarum genere obnoxio, ſolatii ac ſalutis tabulâ.

Morborum enim veſtigantes originem, non invenimus aliam præter Peccatum, quod protoplaſtæ noſtri ſua tranſgreſſione nobis hæreditarium fecêre, omnipotenti vero ſit laus, quod mediatorem eſt gratificatus Jeſum Chriſtum, qui ſuo ad Crucis uſque mortem obſequio cœleſti Patri nos reconciliavit, primorum parentum inobedientiam expiavit, ex morte liberavit, viam ad vitam patefecit: nihilominus tamen maledictio incumbit nobis, ut omnes ſummis doloribus in lucem editi, perenni curarum ærumnarumque tempeſtate adoleſcentes, moleſtiis fracti, ac deficientes, ad extremum terribili morte, contra cujus vim nullum in hortis medicamen eſt, abripiamur. Sed quia, quicquid vitæ uſurâ gaudet, mortem quantum ac quamdiu poteſt, declinat, morbuſque ejus prodromus & eſt & habetur vulgo, mirum non eſt, ſi eam pro virili, quoad Deus permittit, tantiſper

tiſper vitemus & arceamus. Omnis Creatura in terra, aqua, ſuper terra, & in aëre, ad minimum uſque vermiculum, quamdiu valet, à morte ſe tuetur, quin qua ratione illa ad præfixum uſque vitæ terminum ſit cavenda, ipſe Deus animantibus inſculpſit, & ſi fortè una ab alia caſu ſtudiove lædatur, quid ſibi ſit levamini, cujus ope, ſi modo ejus copia detur, nec ab eo excludatur, illatum damnum reficiat, paterne eſt largitus: Solus homo hoc naturâ neſcit, ſed indefeſſo ſtudio id addiſcere neceſſe habet, unde nullum animalium pluribus morbis miſeriiſque ſubjacet, quam homo, quod totum peccato acceptum eſt ferendum.

Qui miſeriarum, cruciatuum, morborumque fons cum ſolum peccatum ſit, objiciet nonnemo, dicens: Quid medicinâ opus erit, ſi peccato remoto, ipſe morbus evaneſcit: atqui facilius erit peccato nuntium mittere, quam tot ingrata decocta abſorbere. Is reſponſum habeat: Verum eſſe quod Deo nihil non ſit poſſibile, noſque ſi fides in Deum ſit firma, ſine Pharmacis à morbis præſervari ac liberari poſſe: ſed talem fidem ubi reperies, quæ

etiam Christi temporibus erat rarissima, cum inquit, Si fides sit vobis, quantum est sinapios granum, montes loco movebitis: nos verò nec arenæ atomum movemus, unde nos omni ferè fide ac fiducia in Deum carere satis liquet.

Non desunt testimonia, quod homines ex indubitante erga Deum fide naturæ leges transcendentia miracula ediderint: Si fides istorum 3. in fornace candente non fuisset maxima, ex igne intacti non prodiissent: hujusmodi fidei etiam Moses, David, Daniel, Apostoli, aliique Sancti ad patranda miracula, fuere participes: neque hoc à vero abludit, quod, si quis ex nostra tam perversa generatione firmissimam, non vacillantem, sed fiducia plenam fidem habeat, ille non minus quam prisci similia facinora sit editurus: penes quem autem ista fides erit? Hanc ob causam naturalibus mediis, quæ etiam absque hominis fide operentur, nobis contentis esse convenit; cujusmodi Medium naturale est Medicina, morborum, etiam absque fide, medicatrix: quod si naturalia remedia fidem habeant conjunctam, hoc major successus erit, ita ut jure sit dicendum *Ora* & *Labora*,

*Labora*, non *Cura* atque *Plora*. Quod in hunc finem dicitur, ut exploratum reddam, Fidem etiam abſque Medicina, quod Chriſtianum eſt, & hanc abſque illa, quod pecuinum eſt, ſanare. *V*æ verò illi, qui medicina, pecudis inſtar utitur, eique energiam, non ſoli Deo fert acceptam. Hinc me dicinam vilem plus apud fidelem, quam apud incredulum nobiliſſimam præſtare aſſero, eandemque medicinam in eodem morbo diſcrepanter operari, cujus cauſa tum ægrum, tum medicum ſæpenumero fugiat. Complures, ſoli medicinæ nixi, pretioſiſſimis quibuſvis inhiant, ut plurimum ipſos fallentibus. Opulenti magnam unionum, gemmarum, lapidis Bezoar, auri lævigati, ſimiliumque mortuarum rerum vim deglutiunt, unde facilius à morte infeſtantur, quam ſi ignobilem herbam aſſumſiſſent, ſolummodo hanc ob cauſam, quia auxilium à pretioſo pharmaco, non à Deo exſpectarunt. Hæc verò mea, quam trado, Medicina, magni pretii non eſt, & inſuper maximarum virium, cujus tam pauper quam dives compos fieri, & ab omni curabili morbo, Dei gratia adſpirante, liberari poterit.

# PRÆPARATIO.

℞. 2. vel 3. libras hujus Menſtrui, cujus rodentem naturam ignis vi in non corrodentem tranſmuta, & habes Menſtruum præparatum, quo hanc Medicinam elaborabis, nempe, in hoc menſtruo tantam Primi Entis auri, quod paſſim in mundo, ſed præcipuè in aurifodinis copioſe reperitur, ſolve, quantum in calore attrahit, ut fiat ſolutio rubea, quam cum ſuo vini ſolventis pondere aliquot dies digere, fiet ſeparatio partium puriorum ab impuris, fecibus à medicina ad fundum ſecedentibus ac removendis, hæc leni calore concentrata rubeus pellucidus erit lapis, ſolubili ſali ſimillimus, probè ſervandus. Medicina erit nulli præterquam Philoſoph. Lapidi ſecunda, poſt centum annos ejuſdem cum primo confectionis die bonitatis, omnia quæ recenſeo cum ſtupore peragens, pro qua dignas Deo gratias nemo mortalium unquam perſolverit.

USUS

# USUS HUJUS MEDICINÆ IN GENERE.

HÆc universalis Medicina omnem morbum naturalem, tam recens natorum, decrepitorumque, quam robustorum citrà omne periculum curabit dosi valde exigua, nulli nauseam pariente, ut vulgares cyathi solent, sed ab 1. ad 8. usque grana, quod summum sit, quolibet liquore, jure calente, vino, zytho, aqua, lacte, pro ægri conditione propinanda. Vires, prout vel ægri, vel morbi natura diversum postulat diversimode edit: si intra præscriptos doseos cancellos subsistas, operatio erit insensibilis, roborat, mundificatque humidum primigenium, omne malum modo plane mirabili è corpore foras agit, singulis, alternis, tertiisve diebus assumta: morborum accidentalium præservatoriū, veneni, aërisque infecti obstaculum & correctorium. Sin major fuerit dosis, evidentior, erit operatio, per sudorem, urinam, sputum, interdum & ἄνω καὶ κάτω pro tuo lubitu, dosin augendo vel minuendo, si & morbi indoles illud ferat, qui plurimus

mus minimo hujus medicaminis pondere, ſine oculari obſervatione curatur, ſed radicatus notabilem operationem exigit, ſi minori, inviſibiliter agenti doſi, parere recuſet: quod hanc medicinam præparanti & utenti probè tenendum, ne in exceſſu vel defectu peccet, ſed medium ſervando cum præmio laudis palmam auferat.

Sed quo minus aberres, uſum ejus, in graviſſimis morbis mihi probatum, pluribus circumſtantiis docebo.

In *Peste*, aliiſque contagioſis febribus homo Dei gratia præſervatur, ſi grani dimidium, infanti, puerove; mediæ ætati integrum; adultis vegetiſque 2. vel 3. adminiſtrentur; quod ſi contagio ſit correptus, doſis pro ratione ætatis ſit dupla vel tripla, æger diligenter apertus liberaliter ſudet; morbo nondum expulſo, poſtero, vel tertio die doſin repetat, vel donec perfecte fuerit reſtitutus.

Hic præſervandi curandique modus non modo in Peſte, ſed & omnibus contagioſis, frigore, vel æſtu infeſtantibus morbis, cunctiſque febribus, obſervatus, pluribus Pharmacis non eget, hoc unico cum ardentibus ad Deum precibus ad propulſandum

ſandum deterrimum Peſtis malum, laterum compunctionem, aliaſque vulgares febres, cum bono Deo ſufficiente.

In *Epilepſia* qua modo geniti, auxilii inopes catervatim extinguũtur, hæc Panacæa certiſſimum eſt remediũ, ſi mox à partu quarta vel media grani pars cum lacte vel recenti, Salis experte butyro exhibeatur, tertio die dimidium granum, octavo die tantundem, & liberatus erit: ſin poſt intervallum paroxyſmus redeat, parum aucta doſis tantiſper repetatur, donec ceſſet. Matresfamilias hanc medicinam ſibi commendatiſſimam habeant, quibus liberi, cætera incolumes, hoc ſolo malo miſeri eripiuntur, magno medicorum quorundam errore, iſti ætatulæ plenos inefficacis aquæ perlarum cyathos, lapides bezoar cum aqua vel pulvere pæoniæ, aliiſque ineptis rebus infundentium.

Adulti ab uno ad 6 grana quotidie aſſumant, ſi curæ vacare poſſunt, ſin minus 3. quarto die ſemel, uſque dum nulla morbi veſtigia ſuperſint: nihil præter hanc medicinam ſumentes, eo die à frigido aëre, treſque vel 4. horas à cibo abſtineant.

In *Lepra*, ſimilique fæda ſcabie tutius hâc medicinâ remedium non datur abſque mo-

leſtia radices mali exſtirpans: nec unquan optato fruſtrabere effectu ſi modo æger viribus pollens curationem feras.

In abominabili, *Gallorum* nomine infam *Scortatorum morbo*, certius nihil invenies modo doſis eò excreſcat, ut non tantun plurimum ſudorem, ſed & vomitum cun ſedibus cieat, alternis diebus ſumta, donec æger, quod una alterave hebdomade fiet convaleſcat.

In *Hydrope* æger quotidie unâ doſi utatur, (ſubſequente aliquot horarum jejunio ut in aliis morbis fieri conſuevit,) non vero magna, ſed ab uno grano aſcendendo, donec medicina non vomitum, ſed nauſeam cauſetur, quo ſigno, quanta ægro doſis conducat, conjicitur: poſtea detur unum vel etiam 2. grana minus, donec omni aquâ per ſudores, ſedes, urinas evacuatâ, æger priſtinæ ſanitati ſit reſtitutus. Hæc ſola Panacæa, ſi morbus non omnino deploratus ſit, ægro citiſſime ac feliciſſime haud dubie ſalutem reddet.

In *Podagra*, cum Lepra & Hydropiſi, apud medicorum vulgus incurabili, hæc univerſalis medicina mirabilia, brevique tempore plura præſtat, quam credideris, ſi

rem

em prudenter geras: humorum affluxum
itò retractum, insensibiliter ex corpore
xturbat, doloribus sensim remittentibus,
umore sidente, paroxysmus tolerabilior
t, serius redit, ad extremum emanet.
Doseos eadem sit ratio, atque in Hydrope
præscripsi, ab uno grano ad usque nauseam
scendendo, tunc, detracto uno alterove
rano dosis quotidie vacuo ventriculo, aë-
e frigido excluso, 4. horarum jejunio con-
inuetur, donec eâ non amplius opus esse
nimadvertes. Si quis vero dictis meis, quod
cil. hic morbus, omniũ propemodum judi-
io immedicabilis, huic remedio manus sit
aturus, fidem derogabit, ei nullatenus suc-
ensebo, qui & ipse, paucis abhinc annis,
ntequam hujus medicinæ vires perspectas
aberem, idem sentiebam, sed experientiâ
loctior redditus, aliter sentire debui, hunc
norbum, nisi ad ἀκμὴν pervenerit, vel ægri
mbecillitas medicandi tædium respuat, vel
Deus alias ob causas non contra eat, bono
medicamento, si non radicitus, saltem ma-
ximam partem curari posse affirmans. Putet
liquis perinde facere ad curationem, si hac
nedicina utens, quotidie variis, vetitis no-
xiisque cibis sese ingurgitet, vinoque ine-
briet:

briet: is insigniter fallitur, cui vel Phil. lapi non medebitur: quod enim pharmacum ante meridiem corriget, illud alimoniæ excessus, frequentissima hujus mali causa post meridiem perditum ibit. Sunt, qui vini abstinentia liberationem ab hac peste temporis tractu sibi pollicentur, sed hircum mulgent, cum non solus vini potus hujus mali radix sit & fomes, quo & ob paupertiem abstemii nonnunquam corripiuntur: omnis in vino cerevisiaque excessus ansam præbere, morboque incrementum dare potest, sed non solus producere: plures dantur causæ hujus mali genitrices, quas inter haud postrema est Ira, si ei sæpe primas deferas; nec immodica Venus, individua hujus mali comes, minima censebitur, quâ Natura plurimum enervata præcedentis in alimentis sumendis exorbitantiæ reliquias œconomia corporis ejicere non valet, sed vel invita illis difficillimorum morborum futuris causis in corpore pro arbitrio debacchantibus locum dare adigitur: ubi enim natura infirmissima est, ibi hostis irruptionem facere conatur omnia internecioni daturus, & ut proverbium fert, ubi sepes est humillima, ibi omnes transcendunt,

lunt, id quod ut plurimum in hujus morbi generatione contingit. Cum corpus immoderato victu maxime obrutū, nimio vini vi irritato concubitu graviſſime labefactatur, natura non valet iſtas reliquias excludere, ſed in ſummum totius corporis detrimentum, ut ſibi pro lubitu ſedem figant, permittere cogitur. Cunctis inſuper Lienis, Hepatiſque obſtructionibus, (unde ſanguine corrupto graviſſimi morbi, Scorbutus, puta, Podagra vaga, Eriſypelas, diuturni capitis dolores, artuum languor, anima fœtens, in Mulieribus, uteri adſcenſus, menſtruorum retentio, cordis palpitatio, deliquium, vertigo, aliique id genus ignoti morbi, uberrima ſegete pullulant,) hæc catholica, præ omnibus aliis, feliciſſimè meditatur, ſi pro ægri morbique habitu plus minuſve per hebdomadem ſumatur, mirandos effectus conſpicies.

Hanc quoque medicinam Chyrurgiæ ſtudioſis, ut palmariam commendatam eſſe volo, qua meliorem non habebunt pro omni recenti vulnere carni inflicto, ſine potionibus vulnerariis, vel variè miſtorum emplaſtrorum impoſitione curando, ſi quotidie parva doſi intus ſumatur: hæc

enim

enim omnibus ſymptomatibus reſiſtit, & ſola ex ipſo fundamento ſanat ac conſolidat; ſed ſi oſſium fractura adſit, iſta ſuo loco repoſita, aſſulis bene colligentur: ſi vulnus ex punctione ſit profundum, turundæ immitantur, præter quas extrinſecus nil opus eſt, quam vulnus ſuo lotio muriave mundatum, eâdem humectato linteamine obligatum ab irruente aëre frigido munire.

Si vulnus ſit magnum cum periculo conjunctum, vulnerario unctum balſamo emplaſtroque ex floribus Mineralium oleo ceræ & terebinthina facto (quorum componendi modos in prioribus ſcriptis tradidi) præterea obligetur, nec alia re propter hanc medicinam intus aſſumtam, opus erit.

In putridis ulceribus hæc ipſa mirabilia præſtat, ſi balſamo vulnerario munda ſervata, vulgari ex terebinthina ceraque facto emplaſtro ab aëre præſerventur, internam mali radicem abſque ullo alio adminiculo perfectè tollit.

Hæc inſuper non minima ejus virtus eſt, quod per eam Metalla & Mineralia levi opera in ſummam redigantur ſubtilitatem,

em, quæ non tantum intrinſecus adhibita
leſperatiſſimis morbis præſens levamen
fferunt, ( ut Parte 2. furnorum , in Spirit.
'olatilib. videre eſt ) ſed, quia ejus præpa-
atio nec operoſa nec ſumtuoſa eſt,extrin-
ecus multum conferet, nempe debito
ondere communi aquæ calenti miſta,ipſis
hermis potentius in gravibus morbis ope-
atur, naturales enim, à mineralibus ſive
piritibus ſive corporibus impregnatæ
hermæ tantarum virium eſſe non poſſunt,
tque arte factæ, pro medici arbitrio, ma-
ique conditione debiliores vel potentio-
es redditæ.

Quia vero cuivis hoc univerſale phar-
nacum præparare non datur,plures tamen
llud expetant, hoc mihi monere operæ
retium videtur, ut qui ejus præparatio-
iem callet, id ex charitate aliis communi-
et, non ut pro corrupto mundi more, in-
le diteſcere velit, ſed ut impenſos ſumtus,
peræque mercedem tantum recipiat. Præ-
erea cum hæc medicina tam in forma pul-
eris, quam liquore, ſi peregre ſit mitten-
la, non commodè à quovis uſurpari poſ-
it, dum guttarum & granorum appenſio-
ne facile erratur, non abs re fore judicavi,
eam

eam in pilularum formam redigere, quo minus in adminiſtratione ſit periculi, quarum ſingulæ unum granum pendant, ut æger pendendi labore ſuperſedens, juxta morbi meumque præſcriptum unam pluresve pro doſi recipiat.

Hoc pacto tutiſſime de loco in locum mittitur, ubique infirmis ſolamen datura, ne tamen in miſſione aliquid fraudis interveniat, unumquemque admonitum volo, ut videat, à quo eam petiturus ſit, impoſtores enim ſe hanc habere mentituros, eaque venundaturos jam prævideo: cavendum enim ne ſimiliter atque cum Alkaheſto meo factum eſt, à talibus decipiantur.

Iſtæ ſunt præcipuæ meæ medicinæ virtutes, cæteræ brevitatis ergo hic omiſſæ à prudenti lectore ex præmiſſis haud difficulter colliguntur: iterum obteſtor; hæc omnia multoque plura quam ſcripſi, fideliter præparatam cauteque exhibitam medicinam præſtare, imprimis ſi ardens ad Deum oratio accedat, quæ cum firma in Deum fiducia omni medicamento inſigne robur addit, quod atheus nec credit nec audire geſtit, ſed cum damno olim dolebit.

Valet

Valet quidem medicina ægrum, Dei permiſſu, vel abſque oratione reſtituere, paniſque etiam abſque gratiarum actione famem ſedare, ut in brutis videre licet, verum hæc donorum DEI perceptio, belluina eſt, non humana. Chriſtianorum eſt, in adverſa valetudine DEI auxilium prius precibus ſollicitare, quam ad medicinam tranſeas, & ſucceſſus haud dubio erit optatiſſimus. Falleris, ſi promiſcuè omnes etiam diuturnos ac radicatos morbos, hoc medicamine curatum iri ſperes, nam de iſtis tantum morbis hîc agimus, quibus per naturalia remedia obviam iri poteſt, Deuſque ut curentur, permittit. Interna quorundam hominum viſcera ſæpe numero à craſſis humoribus ita ſunt obſeſſa, & in tartarum mutata, ut impoſſibile ſit vel optimis remediis ea primævæ ſanitati reddere: nonnunquam pulmo & hepar ferè tota computruere prius, quã idoneo in loco auxiliũ quæratur, & quis tum alia nova reponet, cum primaria corporis viſcera ſemel conſumta non, ut aſtacorum chelæ, araneorumque avulſi pedes recreſcant? DEUS etiam haud raro homini immittit morbum, quem curari nolit: hi omnes

ſunt homini curatu impoſſibiles, DEUS autem cui omnia ſunt poſſibilia, ſolus deſperatis cum vult ſubvenire potens eſt: atque hi tantum ſunt mihi immedicabiles, non Quartana, Lepra, Podagra, Epilepſia, Hydropiſis, quos vulgus incurabiles clamat, ſed experientia refragante. Et quamvis morbi, quotannis in pejus abeant, cum peccatis incrementum facientes, clementiſſimus tamen DEUS gnavis Scrutatoribus indies efficaciora medicamenta inſpirat, quibus quod vulneravit curatum cupit. Inutiles digladiationes vanaſque doctorum diſputationes ſublatas, earumque loco veram DEI cognitionem introductas eſſe optandum eſt, & mundum plane novum habebimus: per veram enim cognitionem DEI ſingularis homini lux illuceſcit, qua deſtituto cuncta obſcura ſunt, ſpiſſa caligine tecta, & Naturæ myſteria in occulto latent. Præcipua hominum cura, labos, ſtudium impræſentiarum eſt, proximum odiſſe, ſpernere, oppugnare, imo maledicere diriſque devovere, quod fieri non debebat; DEO, ut ſe invicem condemnent nolente ſibique vindictam reſervante. Ubicunque amor proxi-
mi

ni exulat, nulla ſalus eſt ſperanda, quanto-
ere etiam propria opinio defendatur. Cui
ſui arbos abſque fructu? multiloquio
c ſubtili diſceptatione DEUS non acqui-
ſcit, cor humile obſequens, mundum
nice qnærit petitque, quod Spiritus ſan-
tus inhabitet, in omnem nos ducturus ve-
itatem: ubi hoc non invenit, iſtuc mini-
nè intrat, ſed cor ſuperbum rixoſum, men-
aciorum parenti & tenebrarum principi
æreditario jure poſſidendum permittit:
nde tot lites, turbæ, perſecutiones inter
erditiſſimi hujus mundi incolas naſcun-
ur, genuina vero cognitio DEI ac Natu-
æ (cujus pauca tantum veſtigia reſtant)
erdita eſt, ut mundus potius erroneis opi-
ionibus quam ſolidâ ſcientiâ regatur, un-
le fit, ut propter multas vanitates, (qui-
us eruditi cum maximo temporis diſpen-
lio tantum non obruuntur) Natura cum
uis myſteriis magno hominum damno
eglecta jaceat.

Hoc in iſtum tantum finem dictum cu-
io, quod nempe tantilla Naturæ cogni-
io inter ſeculi noſtri eruditos reperiatur,
uod malum DEUS aliquando in melius
onvertat.

Poſt veræ medicinæ deſcriptionem uſumque, quâ ſanitas hominis conſerva- tur, vel amiſſa reſtituitur, cunctis univer- mundi theſauris longe præferenda:

Sequuntur jam alia Secreta, honeſtum homini victum hujus ſubjecti benefici- acquirentia. Et quemadmodum in præ- fatione innui, hoc ſubjectum omnibus in univerſum hominibus Ordinibuſque, Su- periori & Inferiori, Eccleſiaſtico & Politi- co, nobili ac plebejo, opulento atque ege- no (aliquid boni vel commonefaciendo vel ſuæ cujuſque profeſſioni conferendo) prodeſſe;

Ita nonnullos inſignes ejus uſus docere incipiam, ut omnibus pateat hoc Subje- ctum merito univerſale eſſe, quod ego ſem- per tale judicavi, quodque alii mecum tale habebunt.

Principio, omnia Foſſilia hoc Subjecto mediante perfectiſſime examinantur, quæ- nam metalla propriè contineant, quot, quantumque de ſingulis: foſſoribus, fuſo- ribuſque, ne rem ſuam profundant, infal- libilis cynoſura. Præcellens artificium, quo omnium mineralium valor citra mul- tum laborem & impenſas deprehenditur,

metal-

netallurgis apprime neceſſarium, Germa-
niæ præſertim, diuturno bello penitus
exhauſtæ, ad congerendas brevi ſpacio
gazas, neceſſitatis puncto contra pa-
riæ hoſtes promendas: cujus beneficio
am etiam ditiſſimæ ☉ & ☽ fodinæ (a-
ias in æternum neglectæ) dum celerri-
nè & accuratiſſimè examinantur, ſunt de-
ectæ.

Pyritæ ☉ & ☽ (Gold vnd Silber / etc.)
ingulari, hactenus incognito compendio,
10c mediante fuſi, longe plus metalli fun-
dunt, quam modo vulgari.

Volatiles & immaturi pyrites ☉ &
☽ trium horarum ſpacio figuntur, ut du-
plum metalli reddant, quam abſque fixa-
tione potuiſſent.

Hæc tria, omni Magiſtratui, in ſua di-
tione fodinas habenti, maximè neceſſa-
ria & utilia ſunt, quibus multæ opes com-
parantur.

Omne ☉ & ☽ ex ſuo pyrite non purè
eliquatum, celeriter ab omni addita-
mento purgatur, ☽ ab ☉ ſeparatur, ſola
fuſione, exiguo labore & ſumtu, ſed magno
pondere.

A veteribus vaſis ſtanneis ſuum ♄, ☉

& ☽ facile detrahitur, ipſum ♃, pondere paulo minori, melius quam antea erat redditum, iiſdem uſibus, quibus vulgo deſtinatur inſervit.

Ex Biſmutho multum ☽ ſequeſtratur, biſmuto ſervato, conveniens locis hoc minerali abundantibus ſecretum.

Ex veteri cupro multum ☽ ſecernitur, cupro illæſo, quo artificio regiones hujus metalli feraces ſibi non parum profuerint.

Quodvis vulgare ☽ paucarum horarum ſpacio in ☉ eam naturam exaltatur, quod ſi 4. vel pluries fiat, quod brevi temporis interſtitio fit, tantum auri dat, ut impenſis præponderans victum neceſſarium ſuppeditet.

Aurum ab omni additione ♀, ♃, ♂, ♄, Orichalci, Antimonii, Arſenici ſimiliumve, fuſione ſeparatur, & abſque cupellis purificatur, ſingulis ſeorſim ſervatis, metallurgis ſimilibuſque utile, ex temporis brevitate, exiguis impenſis ac labore multum lucri capturis.

Omne imperfectum met. abſque aliorum metallorum conſortio, ſolo hoc ſecreto igne horæ ſpacio maturatur, ut ☉

&

& ☽ tum in examine, ſed abſque lucro reddat; indicio, quod ſequiora in perfectorum naturam arte promoveantur, magno metallurgorum commodo.

Metalla quoque in eodem Subjecto in formam vegetabilium coram oculis excreſcunt, intervallo 2. triumve horarum digiti vel palmi altitudine in multos ramos & ramuſculos panduntur, ſine fructu quidem, ſed demonſtrationi, ipſa etiam metalla in eo inſtar vegetabilium germinare.

Alia vero eſt perfectorum ex imperfectis creſcentia & augmentatio lucroſa, vegetabilium germinationi reſpondens, quod quemadmodum omne ſemen terræ mandatum in ea germinat in herbam arboremve exurgens, ſui incrementum inſita vi attractrice ex eadem petit, ſimiliter hic agitur, nempe ☉ vel ☽ in Saturno, Jove, Venere vel Marte tanquam nativo ſolo ac humore germinat, creſcit, ritu herbarum alitur, & de die in diem augeſcit. Ars Philoſophis non ſpernenda.

Hoc mediante ex omnibus imperfectis met. & mineralibus, uſitato cupellarum examine nil habentibus, ſincerum ☉ & ☽

multiplici modo producitur: argumento, quod imperfecta in recessu aliquid perfecti habeant reconditum, sese cum invertuntur conspiciendum præbens. Opus metallis operam dantibus non ingratum.

Hæc sunt præcipua, quæ hujus Subjecti adminiculo in metallicis fieri posse sum expertus, plura haud dubie me latent latebuntque, alii post me, bonum ex meis scriptis initium facienti revelanda, quod ei ex animo voveo, ut abscondita naturalium Dei miraculorum mysteria in usum generis humani tandem aliquando in lucem proferantur.

Ex modo enumeratis arcanis, quantumvis lectori vilia forte visis, sunt nonnulla, ex quibus commodus victus haberi potest, ut alterius mancipium esse non sit opus, ni voluerit. O quanta res est libertas, quam nemo digne æstimet, qui nunquam ipse servus fuerit: buccea panis cum quiete prudenti suavior est, quam cum cura, periculo & strepitu multæ lautitiæ. Bene illi cui cum Paracelso dicere licet, *Alterius non sit, qui suus esse potest.* Melius autem ei, qui concessa Dei dona bene collocat, proximi non oblitus,

ne temporaria libertas eum in æternæ ser-
uitutis barathrum præcipitet.

Poſtquam hoc Subjectum cunctis terræ civibus conducere oſtendens ſolum ejus uſum in metallicis deſcripſi, non omni homini indifferenter ſuſcipiendis, ſed illis tantum, quibus media ad colendas fodinas, metalla quoque liquanda & ſeparanda ſuppetunt, ſive nobiles illi ſint, ſive plebeji, eruditi (tam ſpirituales, quam Seculares, à publicis muniis immunes) & rudes, qui ex mercatura, cenſuque victitant, ſimileſque, qui omnes ex his ſecretis fructum capere poſſunt, non autem opifices, paſtinatores, ruricolæ. Sed ut & his aliquid utilitatis ex meis inventis proveniat, ordine oſtendam.

Principes erunt ingenioſi artifices, Sculptores, pictores, ſtatuarii, ii qui vitra vel etiam veſtes, ſerico, auro argentove pingunt, ceramque in imagines effingunt.

Qui æs incidunt bonam ex eo parabunt aquam corroſivam, qua cupreis laminis, prius idoneo tectorio incruſtatis icones rerum, quas voluerint, ſtylo exaratæ facili negotio magnoque eorum com-

pendio eroduntur, alias longa temporis mora æri cœlo suo insculpendæ.

Pictores sibi inde pulcherrimos è longinquo, Italia puta, Hollandia, Gallia; magnis impensis alias petendos colores parabunt, ultra marimum, cæruleum, Smaltam, puniceum, laccam, venetum, cerussam, aliosque suis usibus necessarios.

Sculptores ac Statuarii instrumenta sua condurabant, aciem si lapides cædendi sint, diutissime retinentia.

Phrygiones serico quemvis permanentem colorem inducent.

Qui vitra depingunt, levi operâ quosvis vitreos colores sive amausa inde parabunt, ut eos Venetiis petere opus non sit.

Qui ceram effigiant, eandem impense dealbabunt coloresque ejus beneficio inducent.

Typographi item Subjectum atramento suo addent, firmissime chartæ adhæsuro, typosque eo expurgabunt.

Horologiariis convenit, si ex eo aqua destilletur, ferrum chalybemve absque igne ferruminans, si ei guttula istius aquæ fortis instilletur, unde ferrum excalescens ex-

extemplo colliquefcit, ac fi beneficio cupri in igne folidatum fuiffet.

Omnes fabri limas cæteraque inftrumenta ferrea eo durabunt, ac fi ex duriffimo chalybe concinnata effent.

Stannarii ftannum eleganti candore ac duritie donabant, ut clangorem argenti fimilem referat, nec facile fordefcat, & ob duritiem vulgari ♃ diutius perennet.

Scriniarii pyro, prano, cerafo, buxo, nuci, aliifque denfioribus lignis fummum nigrorem inducent, quibus loco Heberi Indici ad elegantia opera utantur.

Pelliones martinas, vulpinas, lupinas, fimilefque pelles puniceo, coccino, aterrimoque colore inficient, ut nativos colores longe excedant.

Plumarum itidem tinctores quemvis conftantem colorem plumis celerrimè conciliabunt.

Sartores laneis, lineis, fericifque veftibus maculas eximent, fuumque fplendorem reddent.

Sutoribus fi vetera ferramenta huic fubjecto imponantur, corium fummo nigrore decorabit.

Textores

Textores fila linea tenerrima reddent, ut ſericum æmulentur.

Tinctores pannis immutabilem baſin dabunt, ut ſuperinducti colores à nullo vino, aceto, urina, muria, aëre vel ſole corrumpantur.

Figuli inde vitreum colorem parabunt, Indico Porcellano non abſimilem, ex quo fictile fiet, aſpectu aureum, argenteum vel cupreum, Magnatum menſis ſingulare ornamentum, hactenus mundo incognitum.

Milites, mercatores, viatores, aurigæ, piſcatores aliique ſub dio victum quærentes, vernicem ex eo parabunt, cui lineos pannos mergent, nec aëri nec pluviæ tranſitum permittentes, quos ocreis, veſtibuſque ut in pluviis ſiccum iter faciant ſubducent.

Qui tapetes conficiunt, oleum ſuum lentum reddent impoſitorum colorum tenaciſſimum.

In Oeconomia Smegma veneto longe præſtantius matresfamilias ex eo parabunt.

Ancillæ vaſa metallina ſumme nitentia reddent.

Fœminæ flavum, pallidum, fuſcum faciei

ciei manuumque colorem in læviſſimam albedinem mutabunt.

Vetulæ rugas faciei manuumque, clavos etiam pedum levi opera tollent, linumque ad tantam mollitiem excoquent, ut ſerico parum concedat.

Hortulani omnia inſecta tollent; ſi hoc Subjectum aquæ miſtum locis ubi pullulant, affundatur, omnia morientur, vel foras ad necem erumpent, quia iſtum ignem ſuſtinere non valent. Fructus etiam maturat, ſi ineunte vere, parum hujus menſtrui radicibus applicetur : & ſi pomorum copia obruuntur, permanens vinum, acetum, vinumque ardens ex iis parabunt.

Piſtoribus fecis fermentique vices præſtabit, ſi lupulum in eo ſolvant.

Cereviſiariis ſi lupulus eo ſit extractus cereviſiam ferventem dabit.

Mulſariis aceſcentia mulſa, omnem etiam cereviſiam, vinumque Hiſpanicum acidum potabile reddet.

Pectinum, manubriorumque fabris cornua emolliet, ut eis quævis imagines imprimantur.

Poliones polita armamenta ejus inunctione à ferrugine tuebuntur.

Aucu-

Aucupes optimum eo mediante gluten parabunt, frigore æſtuque incorruptibile.

Militum præfecti ad terrefaciendas mulierculas ex ☉ pulverem fulminantem parabunt, cujus quantitas inſtar piſi ſuper lamina accenſa vehementius fulminat quam dimidia vel integra pulveris pyrii libra. Poteſt idem etiam abſque ☉ parari, ſolo additamento ſalis Tartari & Sulfuris; parte 2. furnorum deſcriptus.

Tormentorum præfecti, & qui pulvi tormentario, ignibuſque operam dant, multa mirabilia ejus ope præſtabunt.

Poſſent & multa nova opera fabrilia, textoriaque inde parata vicinis communicari, quorum loco pecunia in exhauſtam bello patriam inferretur.

Si vinitores de hoc Subjecto pauculum vitium radicibus affundant, uvas præcoces habebunt, muſtumque præmaturum care divendent.

Poteſt tamen Muſtum, vinumque etiam abſque hac arte alio modo in dolio maturari, ut callentibus artem ſemper bona ſint vina, licet alii habeant auſtera. Secretum frigidis climatibus auſtera vina fere ſemper proferentibus utiliſſimum.

Re-

Regionibus eriam vini feracibus convenit, si caloris solaris defectu vinum maneat rudum, quod hac arte juvatur, ut facilem mtorem inveniat.

Sed quia major hominum pars, & imprimis plebecula, res nunquam visas vel auditas persuaderi non potest, probe scio, si otam vini meliorandi rationem verbotenus describerem, quod mihi vix centesimus fidem sit habiturus, dicet potius, suos majores etiam prudentes fuisse homines, multasque opes ex vino collegisse absque cujus artis scientia, quam nec ipsi appelant: Si natura vinum non excoquat, sit austerum; aliquando tamen, si non à domino, certe à servo exhaurietur.

Hujusmodi homines incurabiles sunt, nec facile ut veteres canes domantur: junioribus vero curæ non est, quã prudenter rem suam administrent: hinc fit, ut omnia antiquum obtineant. Verum enimvero, ut Vinitor præsentem mundum priori peritiorem esse videat, unico exemplo ad oculum demonstrabo, quo quantum inter se discrepent, ipse perspiciat.

Majores nostri ex vini fecibus nil præter ardentem spiritum eliquare noverunt, quo ex-

extracto reliquias abjecerunt, interdum pabulo pecudum miſcuerunt, rariſſime ad Solem arefactas in cineres clavellatos combuſſerunt.

Meo vero invento res eo rediit, ut longè major ſpiritus ardentis, mox etiam magna copia tartari, ac tum demum cineres iſti inde ſint extracti, lucro triplicato. Quod ſi rem cautius tractes, ex culeo fecum ad minimum 7. vel 8. urnas boni vini exprimes, ex reſiduo ſuum vinum ardens tartarumque, ad extremum cineres clavellatos habebis, lucro quater aucto, quæ res majoribus noſtris plane incognita fuit. Quot mille centenarii tartari quotannis in Franconia, Suevia, Alſatia, Palatinatu, ad Rhenum, Moſellum, Danubium abjiciuntur, patriæ utiliſſimi, ſi homines eſſent, qui artem tenerent. Sed quid attinet docere, ſi non ſit qui diſcat audiatve: conſultius enim eſt otium captare, quam aliis mutilam operam navare. Perſuaſus vero ſum, poſt meam mortem nonnullos intellecturos, quam bene mundo voluerim, ex ſcriptis meis veritatem inſigni ſuo commodo indagaturos eſſe: Omni rei ſua eſt opportunitas, gemmæ in arboribus præcedunt,

sequitur flos, ultimus fructus est.

Aliud ruriculis valde quæstuosum. Ex pomis, pirisque expressum mustum hujus Subjecti ope ad effervescentiam promovetur, ut vina inde fiant nativis sapore, durabilitate, viribusque parum inferiora: vel, si contusionis pomorum tædet, bono compendio succus exurgetur in futurum vinum. Secretum regionibus ob frigoris dominium vina excoquere non valentibus, sed pomis ut plurimum abundantibus, necessarium, quo vini istic locorum nimis cari caritas commodissime pensatur.

Plures quidem artes vinarias habeo, sed hujus loci non sunt, qui tantum eas, quæ meo universali Menstruo administrantur, hic tractare decreverim, artes meo judicio nemini antehac notas, huc in medium productas, ut, quousque mundus in bonarum rerum cognitione profecerit, lectori pateſiat: sive res credatur, sive non, mea nihil refert, ipse etiam dubitaturus, ni fuissem expertus: sed judicia non debent esse temeraria: sciendum est, DEUM mirabiliter dispensare sua bona iis, quos sibi servos ac instrumenta suorum in lucem pro-

ferendorum miraculorum eligere desti navit.

Si agricolæ semen hoc menstruo humectatum in agrum spargunt, citius maturescit, granis pinguioribus: Si emtores desiderent, quo pacto magnum ex suo frumento quæstum faciant ostendam. Integro, non commolito frumento calidan hoc menstruo imprægnatum affundant, in dolio bene clauso suum tempus ferveat aqua omnes vires extrahet, relictis siliqui in porcorum pabulum cessuris: si cun hoc extracto lupulus ferveat, bona erit ce revisia; si hanc nolis, optimum Spiritun inde elicies, residuum brevi acetum erit & si callidus es, hoc vinum ardens, multi usibus applicatum plus lucri reddet, quan si vendidisses. Secretum in frumenti vilitate non spernendum.

Adhuc unum habeo, de frumento, fruticum arborumque fructibus addendum præcipuum inter artes meas vinarias, al humano genere tanquam insigne DEI donum, summa cum gratiarum actione acceptandum. Nempe, Industriâ, multiplicique experientiâ compertum est, quod e secali, tritico, avena, hordeo, oryza, milio

o: pomis item, piris, persicis, cerasis, runis, prunis sylvestribus, damascenis; ydoniis, ficubus: uvis etiam ursinis, cri-ɔis, moris rubi, rubique idæi, berberibus, acciniis, baccis sambucinis, similibusque :rræ, fruticum, arborumque fructibus gra-ıs salubris ac permanens potus, cuivis vi-o sapore, odore, viribusque simillimus, xiguo labore sumtuque præparari possit. ro qua largissima bonitate misericordi )EO à frigidorum climatum, uvas nun-uam videntium incolis dignæ gratiæ unquam agi possunt. Si vix centesimus ıeis dictis fidem adhibeat, hoc me male on habet, jam satis expertum perditorum ıali mundi morum, procaciumque in-:mperatas linguas susque deque haben-:m: satis mihi est, scripsisse quod res est, ıeaque scripta necessitate urgente abunde :emonstrare posse.

Objiciat non nemo, quomodo hoc erit ɔssibile, cum mundus tot seculorum tra-u tot sagacissimos viros produxerit, quo-ım nec unus de hujusmodi inauditis re-ıs scripserit; haud dubie mera erunt ıantamsata. ℞. Non sunt somnia, sed :pius comprobata naturæ secreta. Quid

ſibi talis objectator vult, qui ipſe omniun rerum rudis omnes ſimiliter idiotas eſſe ſi bi perſuadet, qui florentis ætatis dies can tando, ſaltando, comeſſando, potando ſcortando, omnique vanitate in gratiar diaboli mundique tranſigens, in provectio re ætate nihil habet, quo ignominiam te gat, quam quod talia impoſſibilia eſſe gar riat, qui nec vidit, nec unquam auribu percepit. O perverſum & occæcatur mundum! ſi tanto Zelo Dei Creator tui gloriæ proximique amori litaſſes, quan to tuis mundanis cupiditatibus, avaritiæ ſuperbiæ, uſuræ, invidiæ, gulæ, mendacii haud dubie ſcintillula lucis Dei natura lis illuxiſſet tibi, nec omnino in mundan caligine, carniſque vanitate merſus perii ſes. Nihil tam magnum bonumque, ve tam exiguum ac vile eſt, quin idem ant hac etiam fuerit, licet nobis, quo tempor extiterit, incognitum: nec impræſentia rum quicquam eſt, quod non cum tempo re peribit. Quod ſi hæ artes humano ge neri nunquam innotuerunt, quid noſtr refert, modo nobis iſtis frui, Deoque om nis boni largitori pro iis gratias ager concedatur. Cur non & nos jam ſcimu

quo

quod Adam, Noa, Abraham, Iſaac, Jacob, Joſeph, Moſes, David, Salomon, Daniel, aliique naturæ luce illuminatiſſimi homines olim perſpectiſſimum habuerunt? cujus ſcientiæ obſcuræ tantum ſcintillæ nobis ſuperſunt. Quis ſpeculando aſſequetur, quod ante mundi finem eſt revelandum? DEUS antiquiſſimus œconomus cum ſuis Liberis famulitioque ſapienter agit non cunctas gazas ſimul promit, nobis turpiter decoquendas, ſed per partes, prout ſibi honorificum & nobis proficuum fuerit. Fortaſſis alterum Noæ tempus pro foribus eſt, quo arcam condi jubebat Dominus, ad præſervationem paucorum ipſum timentium. Quis ſcire poteſt, quæ poſt aliquot paucos annos mundi facies ſit futura? Bene ergo bonæ viduæ in Sareptha, ſi in tanta rerum anguſtia Elias vel alius quidam adveniens, cado lecythoque ſemper repleto ipſam ſuſtentet. Cui rei parvulus bonorum grex in mundo ſimilior eſt, quam ſpretæ, ab omnibus derelictæ abjectæque viduæ? Num DEI potentiam credis imminutam, quo minus ſuos cum Lotho ex Sodomis educere ac trans montem in oppidum, ubi ab igne & cala-

mitate ſint immunes, deducere valeat? Si quem Deus in ſummis anguſtiis ſervatum cupit, media quibus id fiat, ipſe præbet, nec opus eſt, ut ipſi Angeli eum cum Lotho eripiant. Superbus vero mundus tam ſecurus eſt apud ſeſe, ut nullis mediis ſibi opus eſſe arbitretur, ſed Deum perpetuo dormiturum, nec unquam evigilaturum ſtulte credat, ad puniendum malum. Qui ruſtico paulo major eſt, dedecori ſibi habet, ſi liberi ſui artes doceantur, ſat opum ſe ipſis relinquere putans, unde honeſte victitent, tempore vero, quo (quod Deus clementer avertat) magnis æque ac parvis fugiendum, omniaque ſua ſunt relinquenda, tunc demum, quas quiſque opes poſſideat, apparet, & quam inops temporis momento fieri poſſit: tunc ſe multi pauperum loco eſſe cupiunt: ſed ſapientia (piſcatore icto) ſera, ſtultitia eſt: unicus ducatus, quem tibi nemo extorquere valeat, melior eſt mille aureis vel argenteis. In proximi gratiam nonnulla ſecreta protuli, *bonum vade mecum*, ſive *omni-habile* multis futura, quod vero ſingulis hederas non appenderim, ratione non caret, nec opus eſt plura de eis deblaterare.

Cui

Cui Epiſtolæ atque Euangelia non arri-
ent, nec eorundem Expoſitiones curabit.
Si tumore inflatus magnam tempeſtatem
ngruere videt, nec ſibi de refugio proſpi-
it, ei ſi pereat, condolendum non eſt.

Supereſt multiplex hujus ſubjecti uſus
n Medicina, qui ſi rite deſcribendus eſſet,
ngens volumen conficeret, huc non per-
inens, alibi peculiari tractatu commodius
iet. Conſultum foret hoc Subjectum in-
genuis chymicis ac pharmacopæis notius
& uſitatius eſſe, & tot emortuas herbas,
aquaſque venales habere non operteret.
Quid quæſo proderit, ſi toto ſanguine ac
corpore intolerabili æſtu inflammato, (ut
n peſte aliisque contagioſis febribus ac-
cidit,) caput humectato orbe roſaceo con-
tegas, tempora pulſusque manuum & pe-
dum aqua confortante, morbi pellendi
gratia obliges? nil omnino: quin potius
malum, experientiâ teſte, ſæpe fit deterius.
Mihi perinde videtur, ac ſi vaporario ni-
mium calente, ancilla linteum frigida tin-
ctum fornaci obduceret, calorem tempe-
ratura, merito rideretur, quin potius, li-
gnis incendio ſubtractis fornax ſponte fri-
geſcet. Simili ratione malignus calidorum

morborum ignis 4. ad ſummum granis bonæ medicinæ ex intimis cordis penetralibus paucarum horarum intervallo extrahitur, ubi externis refrigerantum vel roborantium epithematis nullus locus relinquitur: quod non uno, ſed multis experimentis obſervavi, veneno ex corde excluſo, corpori ſuum temperamentum, vireſque cum ſanitate ſenſim rediiſſe.

Cui uſui tot unguenta, olea, emplaſtra, cum parrâ bonæ medicinæ quantitate plus efficiatur? Integer annus ſæpe exiguo ulceri vel vulneri indies in pejus ruenti, impenditur, quia equi poſterioribus, ut vulgo ajunt, frenum applicatur, morbique origini non rite occurritur.

Externorum ulcerum fontes intus ſunt ſiccandi, non foris emplaſtris imprudenter obſtruendi, quæ aliàs abſque omni externo remedio parvo medicinæ pondere, paucarum hebdomadum interſtitio radicitus curantur.

Talis enim Medicina quærenda, ac reliquæ, apinæ removendæ erant: ſed quid agas, cum mundus velit decipi, nec aliud cupiat? Si cui enim medico ſit bonum medicamentum, quod ægro ingratorum

cyathorum loco propinare malit, hoc nec æſtimatur nec remuneratur, nam ſi ſoſtrum poſtulet, reſpondebitur, eum vix bis terve aliquot grana pulveris exhibuiſſe, qui tam carus eſſe non poſſit: hinc iſte certum pro incerto eligens, juxta viſitationum numerum præmium poſtulat, plenos cantharos præſcribit, ut longior ſit bibendi mora, ipſoque ægrum frequentius inſpiciente, acceſſuum numerus augeſcat.

Idem in Chyrurgia obtinet, ſi probus Chyrurgus malum externum bonæ medicinæ adminiculo celeriter curat, debitam mercedem non aufferet, ſed audiet, tantum pro 2. 3. ve emplaſtris non petendum eſſe. Pro acceleratæ ergo curæ mercede ingratitudinem metit, ut multo melius edoctum, aliis ſimilem eſſe oporteat, malum quod triduo potuiſſet abſolvere, menſem & diutius fovendo.

Hanc ſimileſque ob cauſas, vix pauci bonis medicamentis incumbunt, ſed veteri more moræ ſtudent, ſi non ægri, ad minimum ſuo commodo: quod ſi æger promtus ſit ad perſolvendum ſoſtrum, ille autem vel ignorantia, vel ſpontanea incuria rem negliget, gravem ra-

tionem ſuo tempore eſt redditurus.

De hiſce inveteratis, veram medicinam fugantibus malis multa dicenda eſſent, quibus ſi bona medicamina ſubſtituerentur, decumbentium tanta turba non daretur. Bonus Medicus, qui ſecundum conſcientiam agit, omni laude digniſſimus eſt, ſi medicinam ad DEI laudem, proximique commodum facit, dignamque cum Samaritano mercedem à cœleſti medico olim accipiet; ſed ſi ſeipſum tantum quærit, viderit, quid tunc ſit dicturus. Sanguinem innocui effundere, Scripturæ teſtimonio, abominatio eſt apud DEUM; ſi vero medicus vitam ſuæ vitæ concreditam negligat, utra abominatio erit major? Quam rationem avarus dabit, qui inopem ſuis bonis in hoc ipſum divinitus conceſſis cibando ac veſtiendo non juvat, eandem reddet negligens medicus, ſi membrum Chriſti perire ſinit quod ſervare potuerat.

Si virgo hunc tantum in finem viro nubat, ut faſtui luxuique ſtudens vitam cum certa mariti morte in otio tranſigat, quæ tamen ei auxilio data eſt, ut eum colat, curetque, in omnibus fidem ſervans, mundum

lum ſobole augeat, nonne talis coram Deo ac hominibus enormiter peccat? Idem medicus facit, ſi medicinæ det operam, ut cuticulam bene curet, non ut proximo miſericordiæ opera præſtet. Hoc tamen addendum, quod medicus interdum partibus ſtudere cogatur, divitibus diligentius aſſidens quam pauperibus, quia vel nullum vel perexiguum à Magiſtratu ſtipendium percipit, honeſto victui neceſſarium. Si & ſuos carere non vult, opulentum à quo præmium exſpectat præfert, paupere relicto: cui malo promtum erit remedium, ſi medico ſufficiens victus ſuppeditetur.

Præſens mundus, hoc tantum agit, qui ſtat, ſtet, qui jacet, jaceat, nulli aliud cordi eſt; ſuarum quiſque rerum ſatagit, nec incendium ipſum non tangens, extinguere curat. Celeberrimus artium patronus Alexander M. qui perſcrutandis Vegetab. Animal. & Mineralibus Philoſopho ſuo Ariſtoteli annuatim plus centies mille coronatos eſt largitus, vivere deſiit. Sapientiſſimus Erneſtus Dux Bavariæ, Elector Colonienſis quid non in colligenda incomparabilis Germanorum Medici ac Philoſophi Paracelſi ſcripta erogavit? Plu-

res

res hujuſmodi Mecænates Germania noſtra nuper tulit, Marte vero ſibi imperium aſſerente, Jovi cum Mercurio exulandum fuit, atque etiamnum latitandum, certumque eſt, ſi non cito extollantur, ſuæ dignitati reſtituti, id maximo patriæ detrimento, ſummoque exterorum commodo, ( quod Deus benigne prohibeat ) futurum eſſe.

Hanc admonitionem feci, ut omnes viderent, quam in corrupto ſeculo vivamus, quamque vili habeantur pretio viri cordati, quod tamen malum non diu duraturum confido : ſed vereor cum paſtores in utramvis aurem ſecure dormient, quod multæ rapaces feræ ex aſperrimis proditura montibus oves ſint diſperſuræ, caſeum cum butyro depaſturæ, collectoſque greges ſecum prædam abducturæ.

Vidit itaque benevolus lector, quam mirabilia & incredibilia hujus ſubjecti beneficio præſtentur, nec inficias ibo, quin pluribus mihi ignotis rebus inſerviet, omni hominum ordini, ſuperiori, inferiori, literatis, literarum expertibus, majoribus, minoribuſque ad ſuam vocationem utiliſſimum. Dicat quis. Credo equidem, multa inſignia ejus interventu patrari, ſed quia non

non ſimul indicas, univerſalem Medicinam ſive Tincturam ejus adminiculo parari, non abs re fuerit dubitare, num ſit ſecretum priſcorum Philoſophorum Menſtruum univerſale, ſcilicet Mercurius Hermaphroditus, tantopere ab ipſis deprædicatus, ubique reperibilis, ut res odioſa ac vilis in omni ſterquilinio inveniendа, naturâ frigidus ac calidus, ſummum venenum, cito occidens, cito ſanans, apud omnes reperibilis, quem dives & pauper ex æquo poſſideant; quem Adam ſecum ex paradiſo attulerit, hujuſque commatis plura antiquorũ epitheta in ipſum quadrent. Huic ego reſponſum velim: Veteres meo Judicio alium Mercurium univerſalem haudquaquam habuiſſe, cui omnia eorum criteria perfecte conveniant & applicentur. Nonne omnes homines norunt ipſum, ſuam urinam, ex qua generatur intuentes? nonne eſt res viliſſima quam domi non ferimus, ſed foras mittimus, juxta Philoſophorum præceptum in fimo quærendam? nonne ſummum eſt venenum, ſi pulvis tormentarius, (vel aqua corroſiva) ex eo paretur? nonne univerſalem Medicinam ex eo præparare docui? nonne merus ignis,

ignis, purum putum etiam frigus ac glacies eſt? & ſi velis, nonne virilia ac muliebria munera æqualiter obit? imperfecta corpora quadrantis horæ ſpacio impregnat, ut ☉ generent? ipſum ignis calore imprægnatur, ut hos fructus proferat? an non eſt ſumme volatile ac mox fixiſſimum? Aqua ſimul humida & ſicca eſt? ſumme corroſivum, corroſivorumque hoſtis, rite præparatum? nonne eſt graviſſimum ac leviſſimum? Cui rei, excepto Nitro, hoc Philoſophorum ænigma congruit? Quod enim nigrius corvo, candidius cygno, nocentius ſerpente, multos diſcrucians, levius vento, gravius auro, illud tu ames. nonne verus eſt liberorum ſuorum (Metallorum) helluo? Philoſophorum Azoth, Sapo ſapientum, urina puerorum, Sulfur vivum, Sal peregrinorum, Ignis ſecretus Philoſophorum.

Nonne hæc omnia vere inſunt Nitro? quâ vero methodo inibi deprehendantur, meum non eſt hic oſtendere, ſatis ſit indicaſſe in quo ſubjecto ſint quærenda & invenienda quod ante me nemo amore tactus, præſtitit. Ulteriori enim demonſtratione, quod ſcilicet ex Nitro verum Sol-

vens

vens Universale (noli tibi Aquam Fortem imaginari) paretur, non opus est. Tunc potes contradicere, aliudve Subjectum, cui ista omnia insint, denominare? Scio, te non posse, si vel totum orbem perlustraveris. Quod non scripserim, Tincturam super imperfecta metalla cum eo parari posse, (quod ipsi veteres philosophi tribuerunt) cogites, me eo usque non profecisse, ulteriusque progrediendi tempore & occasione caruisse, neque unquam ad tam ardua aspirare decrevisse, sed vilioribus contentum esse censuevisse. Quousque vero in Nitro perscrutando penetraverim, ex 2. furn. parte videre licet, ubi aliquot notabiles processus ex grosso subjecto præscripsi, quorum haud ultimus est ille, ubi recenseo me ante aliquot annos calcem Solis in crucibulo voluisse fundere,& quia liquari recusabat, per intervalla fluorem ex salibus paratum addidisse, donec omnia bene fluebant, crucibulo è flammis exemto & effuso, cum ☉ exspectabam, ejus loco plumbum invenisse, fluorem vero rubicundissimum, (licet ex candidissimis salibus confectum) & animâ auri tinctum, auro omni dignitate exuto: quod cum anim-

animadverterem, ibi ſecretum latere credens, laborem aliquoties iteraverim, ſed irrito ſemper conatu: cujus erroris cauſa non Subjectum fuerit, ſed ego, qui pondera, ignisque, gradum non obſervaverim vel ipſe Deus noluerit ut plura indagarem Profecto ſi iſte labor ſucceſſiſſet repetitus jam dudum Lapid. Philoſ. poſſiderem, qu nunc vilioribus rebus, detentus familiam cum labore ac particulatim ſuſtentare cogor. Sed poſthabito hoc labore, vide ſodes, quid exercitatiſſimus Phil. Paracelſus rudi nitro adſcribat, cum dicit: Chymia deprehendit rem in Nitro latere. Inſpiciantur Baſilius Valentinus, Sendivogius, priſcique Philoſ. quorum omnia dicta ad hujus Subjecti operationem accommodata videbis, meque ei non nimium, ſed minus æquo, (quem complura fugiunt) attribuiſſe. Poſſem ſanè, ſi animus eſſet, omnes Philoſophorum terminos cum hoc Subjecto componere, ſed cui bono iſta prolixitas? qui ſemel eo pervenerit, quo ego, ei Philoſophorum arcana ſatis erunt manifeſta, lubenter faſſuro, hoc unicum eſſe verum Solvens univerſale, nullumque præter hoc. Multi ſemper rem ex nitro pa-

randam esse crediderunt, sed quia hæsitantes nihil cum eo tentarunt, nihil invenerunt. Multi meo tempore Nitrum in Tincturam figere sunt conati, verum quia illud rude, absque debita præparatione & socio suo receperunt, quale igni mandarunt, tale mansit, fortassis utilius, si ei amicabile subjectum jungere novissent. Basilius jubet ei hilarem sociare fœminam, ex quorum amplexu regia soboles prognascetur: omnes Philosophi ajunt, Mercurio suum pondus (sed non vulgaris) Solis ac Lunæ addendum esse, & ex ambobus fieri rem indissolubilem, dum ☉ à Mercurio solvitur, eodem momento Mercurium à Sole coagulari; eadem operâ, corporis solutionem & Mercurii coagulationem fieri. Certum est, unum esse ex Mineralibus, quod cum Nitro nostro conjungitur & figitur, duranteque fixatione omnes colores transit; sed finem rei ignoro, qui istum laborem nunquam absolverim, nec ob ingravescentem ætatem repetere cogitē, neq; quiquam ut incertum laborem cum certo damno experiatur, autor esse velim: qui vero hoc faciens spe sua frustrabitur non mihi culpā imputet, quod ipsi hoc scripto

anſam præbuerim, qui hoc eo tantum fine ſcripſi, ut manifeſtum facerem, nomen Univerſalis non immerito ei aſſignatum eſſe: neque etiam opus eſt,ut res tanti momenti ingrato mundo innoteſcat: quidvis homini ſufficit unde valetudinem familiamque ſuſtentet: affluentia rerum animum elatum in peccata dat præcipitem. Sed quia Deus tantum arcanum non fruſtra in Naturæ gremio occultavit, non ægre ferendum, ſi quis lumen ad iſtud quærendum ſuperne accipiat; nec male interpretandum, ſi quis bono titulo ad bonum adſpiret, cum ei qui gemmam in via inventam non tollit, tantum criminis imputetur, atque illi qui ex hæreditate acceptam male decoquit & abligurit. Omnes Philoſophi uno ore clamant, ſuum Mercur. ob vilem ortum à ſciolis ſperni, nec pro Menſtruo Univerſ. acceptari (monentes ne ejus vilitate offendamur) quia multi incaſſum cum eo operantur, altum ſapientes, illud pedibus conculcent, quod ipſis utile foret, quærentes quod nuſpiam invenire licet, vero Subjecto ſemper oculis proſtante. Quantum cæcus pulcherrimis coloribus juvatur, ſurduſque teſtudinis ſono, tan-

tum

tum stultus, si ei Naturæ secreta exponantur, ad quæ nec aptus natus est, nec erit. Neque velle, neque cujusquam currere aliquid prodest, sed sola Dei misericordia, dicente Paulo, cui suffragatur Psaltes cum ait Psal. 127. Frustra surgitis mane, cubitum itis sero, panem curarum edentes, quem Deus amicis in somno dat. Unde nullius industriam curamve hujusmodi cimelium acquirere posse patet, Dei donum esse, & mansurum, unanimi Philosophorum consensu, cum quibus & nos facimus. Excipiat aliquis, Sed quis tibi hunc Philosophorum esse Mercurium revelavit? ℞. Ex proprietatibus, forma ac natura, ei à Philosophis assignatis, eundem agnovi, quem tu quoque si Philosophicis oculis utaris, talem agnosces, qui se à superbis occulere suevit, & revelare cui Deus vult. Si peritus hortulanus Germanus casu in horto, mirabile illud vegetabile *Noli me tangere*, (quod primitus ex Orientali India allatum, magna cura in multorum Magnatum paradisis admirationis ergo colitur) conspiciat, de quo tam portentosa legisset, quod sc. in terram decideret, contactum omnem respuens, licet illam herbam nun-

quam oculis ſpectaſſet, an non certo deprehendet, eam ipſam eſſe herbam? Non poſſe aliam eſſe vires ei tributæ luculenter arguent. Sic cui Deus oculos aperuit, ut in Subjecto omnes proprietates deprehendat, quas Philoſophi ſuo Mercurio univerſali ineſſe affirmant, nonne eo acquieſcens aliud inveſtigare deſinet?

Poſtremo, Sal Nitrum unica eſt vegetatio, generatio & augmentatio omnium Vegetabilium, Animalium & Mineralium, eorundemque deſtructio & regeneratio, perpetuâ Elementorum Circulatione, ut res ex quo orta in idem diſſoluta redeat. Vegetabilium enim Nitrum in corporibus Animalium, intercedente digeſtione ac Separatione, in Sal Minerale generari nemo diffitebitur: eſtque Nitrum ſeu Sal terræ Vegetabile, Animale & Minerale, quod de nullo alio Subjecto quam Materia univerſali dici poteſt. Et quemadmodum optimus Vegetabilium, Animalium ac Mineralium conſervator eſt, ita eorundem eſt Mors & Deſtructor, eoque ab iiſdem & amatur & odio habetur. Vegetabilia illud amant cum in terra creſcentia inde nutrimentum petunt,

tunt, cum terra mortua, ſive, ſalis expers ſemini nec nutrimentum nec incrementum præſtet, atteſtante Chriſto, cum dicit: *Vos* eſtis Sal terræ: ſi autem terra ſale ſit deſtituta (vel ſal ſua ſalſedine vacuum) inſulſa mortua eſt, nulloſque fructus proferre poteſt. Ignarus fimum terram feracem reddere ait, ſed immerito, non enim fimus ſed ſal in fimo latens illud facit, ex vegetabilibus poſt putrefactionem eorum generatus, rurſus in eadem tranſmutatur, eorum ſeminibus radicibuſve in terra adhibitus: idem animalia in cibis appetunt, quo corpora à putredine conſervata roborantur.

Nemo enim tam rudis eſt, qui non experientiâ didicerit Sal viventium ac mortuorum præſervatorem eſſe. Objiciat ignarus, quod etiam alia Subjecta præſervandi vi polleant, Myrrha puta, Aloë, aliique balſamei liquores, qui carnes, piſceſque à putredine cuſtodiunt. Huic reſpondeo, Non Aloën, Myrrhamve, ſed earum ſal iſtud efficere. Mel quoque & Saccarum præſervare, inſtet, quæ tamen ſalia non ſint. ℟. Talem non intelligere naturam ſalium: iſta dulcia, illa amara ſunt ſalia, quæ per

putrefactionem conversa in acerba vel acida mutantur: omnis etiam ex vino, aliisq; Vegetabilibus, Spiritus ardens, alia corpora præservat, ille tamen, licet salis formam præ se non ferat, nihil est aliud quam purissimum Sal vini volatile cum Sulfure suo mistum: nullum enim Principiorum sincerum est, ab admistione cæterorum in totum liberum. Idem facit acetum, quod merum esse Sal', uberrime possem, si tempus ferret demonstrare. Cui sensus tam sunt obtusi, ut unam rem mediante putrefactione in aliam abire non intelligat, ei nec maxima volumina profuerint. Ex dulcissimo musto, saccaro, melle solius putrefactionis & fermentationis interventu, acidus Tartarus, forte acetum & spiritus ardens volatilis fit: mox Tartarum, acetum, Spiritus ardens in Sal nitrosum redibit; quod pauci intelligunt, ii præcipue, qui nihil nescire vulgo creduntur. Non solus homo delectatur Sale absque quo sanus esse nequit, sed & omnia animalia. Mures præ omnibus Sali inhiant, quo non invento, parietes Sale efflorescentes lambunt, & urinam reddunt summe nitrosam. Columbæ vetustate corruptos salisque

præ-

prægnantes muros frequentant. Gallinæ avenacea nuper ab equis comesta, & sale gravida grana ex fimo colligunt, ea recenti avenæ præferentes, unde fœcundiores evadunt, Sale deglutitos lapillos in ventriculo concoquente, primam testarum materiam; sed si in corte conclusæ salsa terra non potiuntur, debilis ventriculus arenulas vel silices futura ovorum putamina non digerit, ideo ventosa pariunt ova, vel alienos cortices, si dentur, devorant, ut suis partubus suos conficiant. Mineralia in terræ visceribus crescentia, (experientiâ teste) gaudent sale, ex quo sibi corpora adsciscunt & incrementa faciunt: similiter extra terram eodem matura ac meliora fieri amant; inter quæ Nitrum, ut dictum, singulari erga metalla sympathia est præditum. E contra tam Miner. quam Anim. ac Vegetabilia salia horrent, si illegitime congrediantur, vel per illud corrupta destruantur. Sal enim debito more adhibitum unicum esse Vegetab. Anim. ac Mineralium conservatorem, auctorem & perfectorem, salis liquet, quod omnes Philosophi confessi sunt: quos inter Plato sali aliquid divini adscripsit, cui posteri sunt adstipulati,

multa in ſale, etiam ipſum Lapid. Philoſophorum quærentes; ſed neſcii quodnam eſſet verum Sal, & quis applicandi præparandique modus, ulterius progredi non potuerunt. Hinc quivis facile videt, cur veteribus ſecreta iſta ars Alchymia ſit dicta, nempe, quaſi tractatio & fuſio quædam Salis; quam item ob cauſam iſtis verbis familiariter utuntur, *In Igne & Sale Magiſterium conſiſtit.* Innuentes, beneficio ſalis & ignis veram, tam ad hominum ſanitatem quam metallorum perfectionem medicinam comparandam eſſe.

Si Deus vitam prorogans, obſtacula non òbjiciet generis humani bono *quid Sal & Ignis ſint*, olim propalabo, ut incredibiles mundo adhuc incognitæ horum 2. corporum vires omnibus patefiant.

Unum addam. Philoſophi materiam univerſalem obſcure indigitantes dicere, eam ubique reperiri, quam pauper æque ac dives habeat, nec quiſquam abſque ea vivere poſſit, unde vulgus Aërem, pluviam, nivem Martialem, rorem Majalem ſomniantes, in iis materiam univerſalem quæſivere: & cum labor feliciſſime ceſſit, aliquid Salis nitroſi ſunt adepti. Certum eſt,

Aſtra

Astra semine suo catholico gravidare Aërem nubesque, mox forma pluviæ, nivis, rorisve decidentes, terram fœcundatam germinationi aptam reddere, rursusque à calido aëre sursum latas nitrum suum terræ relinquere, denuo ab astris imprægnari, delabi, terræ fertilitatem conciliare, ne terra unquam hujus universalis seminis inopia laboret, sed jugiter rerum vegetationi incumbat, perpetuaque Elementorum circulatio conservetur. Hinc Hermes scripsit *Idem esse Superius, quod est Inferius*, nec tamen ab Astris petendum, cum majori compendio in propinquo & ante pedes sufficienter habeatur. Verba sic sonant.

# VERBA SECRETORUM HERMETIS.

" VErum eſt,& ab omni mendaciorum
" involucro remotum, quodcunque
" Inferius eſt, ſimile eſt ejus quod eſt Supe-
" rius,per hoc acquiruntur & perficiuntur
" mirabilia Operis,unius rei. Quemadmo-
" dum etiam omnia ex uno fiunt per conſi-
" derationem unius: ita omnia ex uno hoc
" facta ſunt per conjunctionem. Pater
" ejus Sol eſt, Mater Luna, Ventus in ute-
" ro geſtavit, nutrix ejus eſt terra, mater
" omnis perfectionis. Potentia ejus per-
" fecta eſt, ſi mutetur in terram. Terram
" ab igne ſeparato,ſubtile & tenue: à groſ-
" ſo & craſſo, & quidem prudenter cum
" modeſtia & ſapientia. In cœlum hoc à
" terra aſcendit, & à cœlo rurſus in terram
" deſcendit,& potentiam ac efficaciam ſu-
" periorum & inferiorum recipit. Hoc
" modo acquires gloriam totius mundi.
" Propulſabis quaſi tenebras omnes & cæ-
" citatem,hæc enim fortitudo eſt,omni alii
" fortitudini & potentiæ palmam præri-
" piens: omnia namque ſubtilia & craſſa
" du-

duraque penetrare ac ſubigere poteſt.
'Hoc modo mundus conditus eſt, & hinc
'conjunctiones ejus mirabiles, & effectus
'mirandi, cum hæc via ſit, per quam hæc
'mira efficiantur, & propter hæc Herme-
'tis triſmegiſti nomine me appellarunt,
'cum habeam tres partes Sapientiæ &
'Philoſophiæ univerſi mundi. Conſum-
'matum eſt verbum meum quod dixi de
"Opere Solari.

Hæc ſunt verba antiquiſſimi Philoſophi Hermetis, ob perfectam Naturæ cognitionem merito Philoſophorum Parentis, quibus ſatis innuit ſuam Aviculam ſine alis (quæ dies noctéſque volans non defetiſcitur) Superiorum & Inferiorum Elementorum, Superioris itidem & majoris, nec non Inferioris & minoris mundi conſervatricem ſpiritum & vitam in Nitro delitefcere. Quod ut rudis plenius intelligat, perpendat modo Aërem, in quo Spiritus univerſalis, primum omnium rerum Ens, habitat, ſine quo nullum animal vel horæ quadrantem vivit, nec ullum Veget. ac Minerale producitur, nec ipſe etiam Sol lucet, nec ignis ardet: quemadmodum excrementa Veget. Animal. & Mineralium perenni

perenni circulatione in alimenta tranſmutantur: elementa in excrementa, & hæc in alimenta redeunt, indeſinenti renovatione ac tranſmutatione, quam ſolu homo non aſſequitur. Novit agricola, delapſa quotannis folia arboribus novum vigorem & nutrimentum dare, pecoris excrementa lætiſſimum gramen producere Mineraliumque feces vel recrementa, quibus Metallum ſemel eſt ſeparatum, brevi ab Aſtris imprægnari, ut liquata idem metallum reddant, quo paulo ante fuerant exuta: & metallorum ſcoriæ paſſim ſuis fodinis redduntur, ubi ſpacio annuo vi attractrice à Spiritu univerſali refectæ imprægnantur, ut metallum altera vice fundant. Annon terra, ex qua Sal petræ eſt extractum, aëri expoſita, aliud Sal petræ aliquot menſium intervallo reddit, quoties velis, ac ſi ei nihil fuiſſet detractum. Annon omnia calcinata, videlicet Calx viva, ex lapidibus, conchis, lignis, herbis parata, ex quibus ignis Spiritum univerſalem egit, ingenti appetitu novum Spiritum univerſalem attractum in corporeum Nitrum redigunt? Nonne calor, virtuſque Solis eſt Solis Excrementum ſive ſuperfluum, quibus

quibus nutritur ac ſuſtentatur? Si calor Soli nullus eſſet, Aër nitroſâ eſſentiâ nunquam redderetur gravidus, nec fœcunda pluvia deſtillaret, nec terra fructus ferret, Solique recens nutrimentum cibumque ipſius conſervatorium præberet: unde conſequitur, Excretum excernentis conſervationem & alimentum ſemper eſſe. Sed hic jubet Plato quieſcere: alibi plura, DEO volente, dicentur.

Audivimus, in Sale, & ſpeciatim in Nitro, licet ab imperitis ſpreto, tam ad veram medicinam quam ad Alchymiam utiliſſ. ac potentiſſimas vires inveniri, neque operæ pretium eſſe, ut quis vilitate ejus offendatur; cogitandum potius, quod coram mundo ac imaginariis Philoſophis deſpicabile eſt, idem apud Deum veroſque Naturæ Myſtas pretioſiſſimum eſſe.

Manet ergò quod in rerum natura melius Subjectum, quo plura ac majora miracula patrentur, non dari quam Sal Nitrum: unde & ego verum Mercurium Philoſophorum ex eodem parari poſſe conſtanter affirmo: me vero Lapidis Philoſophorum ex eo præparationem noſſe, non dixero, quod nec unquam ſum aggreſſus: Sed

quæ

quæ in metallorum correctione, aliisque bonis artibus de eo tradidi, sola me docuit experientia, cui acquiesco, istaque omnia si res postularet reique familiari conduceret, per partes singulatim demonstrare non erubesco, ut omnibus palam fiat, ea omnia præstari posse, sed non à quovis; cum nec hoc fine scripserim, ut omnibus prostarent alias plenius Scripturus, sed ut penes amicos hæc manerent. Vix credi potest, quantas mihi scripta mea molestias crearint; dum alter hinc prolixis literis me obruit, modo hoc modo illud enucleatum volens: nonnulli magno quæstionum catalogo me adoriuntur: si decimo cuique respondere voluissem, vix panem edere licuisset. Si quis cogitaret, mihi alia agenda esse, non tam impudenter flagitaret: unicuique proclive est judicare dum uni atque alteri vaco, alia familiæ meæ utiliora præstari potuisse; pretiosius est tempus, quam ut inutiliter in aliorum gratiam teratur. Sunt qui objectant: Quid tibi decedit, si ego fiam conscius; ars penes te remanet, putantes alios debere offam præmansam, absque labore & sumtibus ipsorum ori ingerere. Idem mihi quoque arrisisset, si alii me

ne suarum rerum fecissent participem, in
uavi otio victitaturum, sed nullus fuit qui
ecit. Maluissem sæpe in amœnis pratis,
liorum more, me avium cantu recreare,
uam in summo æstu & fœtore furno invi-
ilare: verum, quia alia discendi via non
st, laborum me jam non pœnitet, qui
DEI ope fultus, eradicatis spinis agrum
onseverim, fructus suo tempore exspe-
tans, quod cum bono Deo præstolabor,
roximo, si modeste petierit, opellam
neam non negaturus.

Coronidis ergo Subjungam, Si quis for-
e cogitet dicatve, quid me ut hæc ab om-
ibus Philosophis summâ curâ absconsa
Mercurii universalis signa ac criteria in
ucem produxerim, impulerit, cum ingra-
us mundus hoc beneficio indignus sit,
ec hoc unquam de meis demerebitur, sed
nargaritas porcorum ritu conculcaturus
t? illi responsum reddo; Me quidem hoc
am pridem damno meo didicisse, quod qui
nalo mundo gratificatur, suam mercedem
am acceperit, nec quid amplius exspectan-
um habeat. Sed ideo non jubemur bo-
um intermittere, bonisque propter malos
llud celare: DEUS plus timendus quam
ho-

homines, ut creditum talentum in proxim emolumentum fenori demus, expreſſis verbis præcipiens.

Si omnis homo ſuum talentum ſupprimet, ſimul & Deus ipſe & magnalia eju oblivione ſepelientur, quod fieri non debet. Tum & magna eſt invidorum caterv ſibi ipſis nil boni voventium, nedum u proximo conſulere velint. Nihil in mundum inferentes, nihil ex mundo efferemu præter bonam conſcientiam. Quicqui enim poſſidemus, non noſtrum eſt, ſed a Deo in id accommodatum, ut in bono uſus collocemus, bonam olim rationem reddituri. Quemadmodum turpe eſt, ſ pauper ſit ſuperbus, ſic longe turpius, ſ dives ſit avarus. Cum me ergo Deus liberalis bonorum dator, præ multis aliis bonis artibus donarit, non in eum credo finem, ut hoc talentum defoderem, ſed in proximi commodum conferrem; rationem olim non ſim redditurus, ſi tale inſtrumentum eſſe detrectem, quale ipſe me fecerit? Varie ſua dona Deus diſpeſcit, huic magnam largitur autoritatem, & poteſtatem, iſti vires, illi opes, alii ſapientiam, alii artes & ſagacitatem, alium curis ac la-
boribus

boribus mergit, prout cuique ſaluti eſſe novit, ſingulis pro donorum multitudine multam rationem reddituris. Et quia nemini conſtat, quando Dominus adminiſtrationis noſtræ rationem ſit exacturus, ſemper caveamus, ne ob male locata dona malam rationem reddamus. Hanc ob cauſam, meo talento aliud lucrifacere contendo, & à prædicto metu me liberare, reliquos vitæ dies, ſi Deo videbitur, abſque grandi labore, cura ac turba, quibus hactenus ſudavi, ad Dei gloriam, proximique commodum tranquille tranſacturus. Si Dominus voluerit, tempus & occaſionem præbebit meliora edendi, ſin minus Velle pro Feciſſe lector accipiet: ſunt ſane plures magni momenti Scientiæ penes me, quibus poſteris ad altiora ſecreta tutiſſimam ſemitam ſternere poſſem, verum quia meam familiam citra proximi detrimentum meo ſudore honeſte ſuſtentare ſemper ſtudui, contra genium meum, antiquis laboribus manus applicare coactus plura edere prohibeor. Inferat quis: Si plura comperta habes, per alios iſtud agito, manibus ab opere ſuſpenſis, labores diſpoſuiſſe tibi ſufficiat.

Qui hæc dicit, perfidum mundum sibi nondum notum esse fatetur: si fidelium operarum compos fieri potuissem, meis jampridem liberaliter prospectum esset. Hodie non ita comparatum est, ut multi credunt, homines jam sunt perfidissimi, nullius promissi observantes, suum quisq; per fas vel per nefas quærit: beneficia malo pensantur, quod mihi non semel accidit: Si quem adoptavi, fidum collaboratorem futurum, contrarium evenit: quam primum aliquod secretum didicit, me ipso se doctiorem credens varias discedendi causas finxit, si palam & cum bona venia fieri non potuit, illud clam tentavit: vel tam petulanter se gesserunt, ut Deo gratias agerem, à talibus liberatus: unde factum ut semper oleum operamque perdiderim, proverbium illud, *Qui sua recte curata vult, ipse Dominus servusque sit oportet*, verum esse sentiens.

Vix cujusquam verbis ac pollicitationibus fides est habenda, diabolus ex profundissima abysso egressus in mundum venit, homines pro lubitu acturus: sed perfidia domesticorum sæpe tanta non esset, si non ab aliis seducerentur; sunt enim qui

occa-

occasionem captantes eos alliciunt, & quid domi viderint audiverintque eliciunt- inde irritati ad bonam frugem redire no, unt, non perpendentes, hanc rem ipso furo turpiorem, nunquam in ipsorum comnodum cessuram.

Siquis ab alio, quod ipsius non est, nec penes ipsum id aliis communicare, elicit, oque in autoris præjudicium clam vel palam utitur, celator furi æqualis habetur, neque unquam apud bonos de hoc crimine se purgabit, consultius facturus si domesticos proditores aliena offerentes repudiaret, dicens, si hoc tuo facis domino felicitatis tuæ autori, quid mihi facturus es, si licebit? Sed contrarium faciunt, dicentes, tu mihi & ego tibi tacebo, veteris veri verbii immemores, *Nullum filum tam occulte netur, quin aliquando soli exponitur.*

Idem faciunt, quibus Secreta sub silentii sigillo sunt concredita, si violata fide aliis ea communicent, rem autoris damno divulgantes. Hujusmodi dolis mundus abundat: quilibet ergo cui bonum secretum obtigit, circumspiciat, quos in familiam recipiat, & cujus sint fidei. Beatus ille, qui sua cum suis peragere potest, is

abſque curis in ſilentio & otio ſibi victum comparabit.

Ante omnia detur opera, ut tibi cum iſtis res ſit, qui Deum timent; licet in omnibus voto non reſpondeant, fideles tamen habebis operas, cum qui DEUM timet, etiam homines timeat, peccata vitet, & Domini benedictionem in opere ſuo conſequetur, malorum vero labor ſine fructu perit.

Quærat quis: quomodo ingenuos à falſis diſcernam? ℞. Ex operibus, non ex verbis: putris enim arbor non poteſt bonos fructus ferre, nec bona arbor malos: quemadmodum enim arboris indoles: ita & hominis natura ex fructibus agnoſcitur. Non qui humanitatem ac diligentiam præ ſe fert, fidem meretur: cum vulpes caudâ blanditur, gallinas meditatur; mali ſunt feles, qui foris lambentes poſt ſcalpunt. Cum facta verbis conſonant, tunc fides habeatur, ſed pauci tales inveniuntur, multi vero qui foris ſplendentes, intus fraudibus ſcatent. Qui igne uſtus eſt, ignem novit, vitatque, & alios cavere jubet, inexpertus vero ſuo damno ſapere incipit. Quicquid humile, rectum & ſincerum

um eſt, à Deo eſt,& à Diabolo mundoque
odio habetur. Omnis Natura ſui ſimile
amat, diſſimile odit: ſi homo eſt ſubdolus,
ſuperbus, mendax, ferox, invidus, immiſe-
ricors, tenax, diaboli gerit imaginem, nec
duobus dominis ſervire poteſt, ſed uno ne-
glecto alterum amabit. Ex fructibus enim,
non externa ſpecie cognoſcendi ſunt. Si
vinum guſtes, num bonum vel vile ſit, num
ſuave vel auſterum, judicabis. Pomum in-
terdum foris pulchrum, intus vermibus
exeſum amareſcit. Veterum eſt placitum,
(Nemini credi poſſe, niſi modium Salis
cum eo conſumſeris) experientiâ veriſſi-
mum. Quæ hominum perfidia, poſt meam
ætatem, ignis ſiccantem vim non diu-
tius ferentem, præcipua cauſa eſt, quod
multa bona penes me, intermortua pe-
reant. Confido autem brevi affuturos, qui
meum Laboratorium inter ſe diribituri,
ubi ego ſubſtiti, naturæ ſecreta ulterius ri-
mabuntur, & ad optatum finem, mea præ-
monſtrata face adjuti, perducent: quod
mihi multo erit gratius, ſi mea immenſis
ſumtibus, laboribus curiſque inventa ſe-
creta pluribus innoteſcant, quam ſi me-
cum ſine fœnore ſint ſub tumulo defodien-

 da.

da. Cui fini me promtiſſimum in poſteritatis gratiam, & conſultorem & adjutorem pro virili ſemper præſtabo.

# CONCLUSIO.

Cordatum Lectorem, ſicubi me nimis aperte ſcripſiſſe judicabit, ne id mihi vitio vertat, humaniſſime rogo; quod enim feci, non mei ſed proximi gratia bono animo feci, fretus, omnes ingenuos ac bonos mea ſcripta potius favore excepturos, quam odio & invidia rejecturos eſſe neque permiſſuros, ut humilis ſtylus veritatis, quæ ſinceritate gaudet, ſit fraudi, ſed bonum animum quo hoc factum eſt, ſpectantes defendent ac tuebuntur. Quod ſi diabolus, qui ferre non poteſt, ut homini aliquid boni conferatur, ſua inſtrumenta in me armare conatur; mea ſcripta ex inſito faſtu & ſcientiæ tumore traductura ipſum hic & alibi ita depinxi, ut agnoſcatur, cujus filius ipſe ſit, cujuſque inſtinctu ſeſe efferens firmiſſimæ veritati obviam ire audeat, veterum proverbio, *Ars non habet oſorem niſi ignorantem*, fidem facturus. Ad hæc eum rogatum volo, inanibus literis

ris mihi parcat, citra damnum non cuivis
respondere valenti; Si vero mei indigni
consilii egens cum modestia & sine meo
detrimento istud petierit, ei meam opel-
lam non negabo. Sponte etiam me offero
omnibus tam magnis quam parvis, qui vel
minimo beneficio me à juventute in hunc
usque diem sunt prosecuti, quibus, ubi
mihi per literas innotuerint, meum consi-
lium (quia mihi nec ☉ nec ☽ est) mihi
præstito beneficio longe præponderasse,
nec turpissimam, Deo juxta atque bonis in-
visam belluam, *Ingratitudinem*, sed since-
rum pectus Germanum, Christianumque
erga amicos & inimicos amorem sub tecto
meo hospitari, ac dominari, cum bono
Deo reapse ostendam: Quo hic tractatu-
lus conclusus esto.

FINIS.

# MIRACULI MUNDI
## PARS ALTERA

*In quâ*

Adventus jam dudum prædicti Eliæ Artistæ magnificus describitur,

*Adeoque ipsum* SAL ARTIS *mirificum Philosophorum esse, Vegetabilium, Animalium, Mineraliumve, Medicinam præstantissimam,*

(Cujus ope non solum Vegetabilia incredibili modo crescunt ac multiplicantur; Morbi omnis generis, interni, externi, hominum, animaliumvè, miraculosè curantur; Metalla imperfecta in ☉ & ☾ realiter mutantur, imò ☉ purum ad gradum 28. ignis vim sustinere valentem supra naturalem 24. reducitur; verùm ex quavis planta ☉ naturale elicitur, fixumque ad multiplicationem sui disponitur,) demonstratur

*A*


JOANNE RUDOLPHO GLAUBER.



*AMSTELODAMI,*
Apud JOANNEM JANSSONIUM,
Anno cIↄ Iↄ c LX.

# PRÆFATIO.

## *Lector Benevole,*



*Nter Philosophos Veteres Ethnicos, Chaldæos, Ægyptios, Persas, Græcos, atque Romanos, imo & Hebræos ipsos, more receptum fuit, ut, quæ maximæ considerationis habebant, ne aut divulgarentur, aut terræ committerentur, ænigmatice proponerent: quò sic indigni solam litteram respicientes, nec ad sensum verbis iis expressum attendentes, nihil omnino; digni contra, Dei Naturæque lumine illustrati, quid verbis iis significetur probe intelligentes, omnis generis fructus inde haberent. Veritatem dicti antiquorum Philosophorum Scripta, ut & Libri Moysis, Prophetarum Historiæ clare satis exhibent. Omnia enim hæc aut saltem pleraque aliam sane explicationem exigunt, quam quidem literæ inferre videntur, occulti quid fere subest.*

*Similem ad modum nostri quoque Philosophi Christiani, veteres æque ac recentiores, arcana sua proposuerunt, ænigmatice puta, quod inter plurimos alios Basilius atque Paracelsus*

*celſus teſtantur. Vera omnia hi licet tradiderint, attamen à pauciſſimis intelliguntur, quæ res occaſionem præbuit contemptui, convitiiſque variis, quibus ignorantes, malevolique afficere Philoſophos omnes, inter quod Reges ipſi, principeſque diverſi omni tempore reperti fuere & adhuc reperiuntur, ſemper allaborarunt. Nullam in rerum natura Metallorum in melius tranſmutationem dari, nunquam à quopiam Tincturam Univerſalem aut Lapidem Philoſophorum repertum fuiſſe, clamant. Res ſanè maximè culpanda eſt, minime toleranda, plurimorum pietate excellentium virorum ſcripta Chymica, veritati maxime conſona, malitioſe adeo rejici, & falſa proclamari. Chymicis circumforaneis, nil minus quam Chymiam intelligentibus, quod ſiniſtre adeo bene dicta accipiant, debetur; Lapidem Philoſophorum aliis venalem exhibent mendici. Hoc effecerunt boni hi viri, ut Alchimiæ vox jam hodie ſumme habeatur abjecta, ſic ut Cultorem ejus appellari indecens cenſeant plerique.*

*Huic malo, quo quantum poſſibile obviam eamus, adeoque vera ea quæ modo nominati Scriptores nobis reliquerunt, demonſtremus, ſub titulo Salis Philoſophorum veterum, quod*

*Paracelso Elias Artista vocatur, id efficere constituimus.*

*Paracelsus de Transmutatione Metallorum agens, eo quod Sal verum Philosophorum nomine vero insignire retraheret, ad* Eliam Artistam *Lectorem ablegat, hunc, cum venit, qua ratione transmutatio Metallorum perficienda sit, edocturum tradit. Hic varii mira sibi persuadere; in genere, ad verba ipsa respicientes, adventum viri cujusdam à Deo missi exspectarunt, hunc ultimis mundi temporibus Artes occultas, naturæque Arcana patefacturum crediderunt. Et vero vox Elias Artista si rite consideretur, litterarumve transpositio instituatur,* Et Artis Salia *legimus; Salia hæc Elias Artista Paracelsi indigitat; hæc mira præstant, sic ut Sale Artis pollens homo, aut ejus naturam cognoscens admiranda efficere valeat. Elias Artista ejusmodi homini, miranda docendi causa apparuit.*

*Obscure admodum Sal hocce descripsit Basilius, in Testamento suo, ubi Lapidem Philosophorum ex Vitriolo communi conficiendi modum tradit, nullus tamen erit, qui qua ratione idem parari queat, ex scriptis illis colligere valeat.*

*Consideranti quoque ea quæ Paracelsus ha-*

*bet, ubi Eliam Artiſtam prædicit, obſcure æqu ac aperte Vitriolum ipſum deſcribere reperie obſcure equidem tractatu cui Titulus eſt: Tin ctura Phyſicorum; aperte eo, quem de Vitrio in ſpecie reliquit. Vitriolo Eliam Artiſtam aut Sal Artis contineri expreſſe proferre no luit, ſolum hoc poſteris indicare voluit, Arten Metalla viliora in meliora mutandi ab anti quis ad ipſum devolutam eſſe, imo cum eoden interituram uſque dum Elias Artiſta adve nerit, Metallorum tranſmutationem veran exhibiturus, ſequentis nempe ſeculi anno 58 Tempus hoc cum dolore atque moleſtiâ exſpe ctarunt plurimi, at fruſtra hactenus.*

*Philoſophorum plurimi, præter Paracelſum, adventum Eliæ Artiſtæ prædixere, qui leone fortiore ſtipatus ex Septentrione veniens ar tes doceat, arcanos naturæ theſauros inveniat atque manifeſtet, variaſque rerum mundana rum mutationes in commodum humani generis inſtituat. Hæc varii homini cuidam conveni re crediderunt fruſtra, quod ſi enim conſula mus ſcripta eorum, qui prædictionem hancce tradiderunt, non hominem, ſed vero Salpe træ ſolum, ipſiuſque fratrem Sal Artis, reſpe xiſſe reperiemus; hinc eſt, quod exclament:* O Sal noſtrum! ô Salpetræ noſtrum? ô Sal

noſtrum

nostrum radicale! *hinc est quod scribant:* Si Deus hoc Sal non creasset, impossibile fuisset, Medicinam nostram conficere, *& quæ huic similia varia hinc inde proferunt, ut aliis in locis, maxime parte tertia Prosperitatis Germaniæ declaravi, ubi inter alia, futurum aliquando, ut Sal petræ, aut Sal Artis, Monarchæ cujusdam instar currui triumphali insidens, omnibus à me exhibeatur, spem feci.*

*Hæc faciens Paracelsum ex sepulchro aufero, & (ut ipse prædixit) Orientem versus repono, hoc est luci expono, quo omnibus prædictionis illius veritas innotescat.*

*Facient forsan idem Discipuli mei; & hi, Transmutationis Metallorum veritatem videntes, ægrosvè inaudito prorsus modo sanitati restituentes, me jam demortuum, aut adhuc vitâ præditum, ex sepulchro, in quod molevoli hostes conjecere, extrahent. Maximam, hæc ubi fiunt, notabilis in Medicinâ atque Alchymiâ reformationem, adeo quidem ut etiam nullus futurus sit artifex, qui non fraudes, inscitiam, odiumve superbiæ vento inflatorum, Arti veritatique adversantium, videat, intelligat, malitiosisque ejusmodi, veris veritatis inimicis, justâ de causâ se opponat. Sic*

*visum accipient, jam antea longo tempore cæci, veritatis propugnatores se profitebuntu ea quæ indecentia sunt, supprimere allabora bunt. Non solum Medicina vera, nobilissima que Alchymia, hoc tempore reflorescere inc pient, verùm & artes omnes ad majorem per fectionis gradum adscendent, adeoque aliu longe, multoque excellentius aliis se exhibebi seculum. Aperiere fores ad Arcana divin naturaliaque Elias Artista & Sal Artis, mon strarunt prædictum seculum aureum, terran promissionis, Deus Opt. Max. pietate conspi cuis ingreßum concedat, quo fructus exinde auferre, proximisque in honorem altissimi solatiumque egenorum, exhibere queant, pre- camur.* Amen.

*Salis equidem hujus mentionem aliquam Paracelsus in operibus suis facit, Sal Enixum illud vocitans; nos vero Tractatu anno* 1658. *in publicum emisso, de Naturâ Salium, latius aliquantum materiam exponimus, Sal Mirabile id dicentes. Præsenti tractatu de Salibus Artis, Elias Artista expresse nuncupatur; Appellationis veritatem Dei Opt. Max. auxilio clare demonstrabimur, Eliam nempe Artistam Paracelsi nil præter Sal Philosophorum significare, ex Sale petræ, Sale communi, aut*

*Vitriolo*

*Vitriolo parandum. Sali petræ sapore quidem simile est, inflammabile tamen minime est, licet Arte procurari queat. Paracelsus atque Basilius ex Vitriolo confecere, quod varia loca indicant, quæ melioris cognitionis gratia hic adducam.*

*Elia atque Elisa quales viri fuerint, quantaque miracula fecerint Sacræ paginæ exhibent. Ipsi quæ edidere miracula divina, eadem fere omnia naturali via Sal nostrum præstare valet. Ut adeò non sine ratione Monarcham mundi, Eliamve Artistam, ipsum dixerimus, nullum reperire licet in rerum naturâ subjectum, cujus ope ea præstare queamus; quæ quidem hujus beneficio fiunt. Testantur id Animalia, Vegetabilia, Mineralia omnia, ut variis documentis demonstrabimus.*

*At inquiet aliquis, cum variis adeo linguis Chymia tradita sit, infinitique propemodum reperiantur libri Chymici, qui factum, quod ad hæc usque tempora in obscuro latuerit Sal hocce, nec ab ullo Scriptorum clare adeo descriptum, ut quale quid sit, quâve ratione confici possit, intelligere possemus? Respondeo duplicis conditionis reperiri scriptores, reperiri & lectores. Experientiâ duce qui scripserunt, omnes Sal hocce agnoverunt, & obscure descri-*

*deſcripſerunt; ſecus qui ex aliorum ſcriptis ſua conſarcinarunt, rei ignari, nil niſi figmenta propoſuere, in labyrinthum deviaſvè varias Lectorem abducentes.*

*Diſtinguendi ſedulo Scriptores, haud ita verborum quam ſenſus eorum ratio habenda, quod ſi feceris, nullum verorum Scriptorum reperies, qui non Salis hujus mentionem fecerit; quam patet hoc iis qui intelligunt, ita latet eos qui rerum harum ignari adhuc ſunt. Plurimos reperies, qui in Scriptis Philoſophorum lapidem quærunt, & tamen quid quærant, quidve lapis ſit, nigrum quid an albicans, calidum an frigidum, ignorant. Et quod ſi hic ultro ejuſmodi viris obtingeret, negligerent tamen eum, ſuumque more, relictâ unione pretioſiſſimâ, ſtercore ſe delectare pergerent. Manibus varii Sal hocce tractant, nec tamen quid habeant, cognoſcunt, eo quod occæcati ſint, & ad viliora ſe demittere arrogans animus detrectet. Contra vero reperire licet non paucos, qui divulgare quæ cognita habent, ſæpe quam excellentia, nolunt; O felicem qui taciturnitati ſtudes, quietam vitam tranſigere permittitur. Ego quod liberaliter adeo mea communicaverim ſerio doleo, Miracula Dei patefaciendi, proximo inſerviendi, Artemque*

*noſtram*

*nostram conservandi animo feci. Egregia sæpè orbi exhiberentur, nisi ingratitudo summa mortalium ab intento Scriptorem detraheret. Quem rerum quarundam cognitione præter alios præditum reperiunt, undique concurrentes, communicare secreta sua velit, sollicitant; diversi hi generis reperiuntur. Accedunt opulentiores, accedunt egeni, accedunt & conditionis mediæ. Isti avari cum ferè sint, nil redhostimenti loco exhibent. Illi quod exhibeant, non habent. Hos solos gratos quandoque reprehendimus. Labore maximo quæ acquisivimus, inimicis haud faciles concedimus. Sæpisse tamen evenit, ut quos censemus bonos mali postea reperiantur, Farnerianoque modo pro acceptis beneficiis calumnias, atque convitia reponant, circumspectè itaque hîc agendum nec omnibus ea quæ corde gerimus patefacienda, ne postea facti pœniteat. Me quod spectat, necdum animum mutavi, Miracula Omnipotentis nota reddere cœpi, pergam, Deo concedente, & lucem inextinguibilem cæco Mundo accendam. Hoc Tractatu Salis Artis vires miraculosas solum describam, præparandi modum usumve amicis reservans, quæ enim nobis arma sunt, non est quod abjiciamus, ne, si eadem inimici arripiant,*

*nobis ipsis noxam inferant, exemplo Farneri.*

*Dices, quid mihi cum Sale Artis, cuju vires cognosco, haud præparationem, usumve: Repono, Amicis hæc omnia (habito tamen personarum respectu) aperientur, inimicis jam plus quam debebat, indicatum. Non est quod margaritas suibus exhibeamus? Quis obscurè ea tradidit, quæ ego apertè hoc tempore inimicis communico, à malis quo tandem desistant, bonaque facere incipiant. Præparationem usumque Salis Mirabilis licet omni modo haud patefaciam, ad meliorem tamen facilioremve ejus inventionem viam præparo, nec dubito, fore ut paucorum annorum tempore effluxo Alchymiam florentem tota Europa videat, non aliunde quam ex Salis hujus detectione. Eadem & ratio aliarum Artium est, quas omnes ad excellentiorem statum pervenisse notabimus. Sufficit, me, in rerum naturâ incomparabile ejusmodi Sal reperiri, indicaße, locum monstro ubi inveniatur. Columbus in indicasset nobis argento auroq; abundare terram Occidentalem, quis eam inveniret, ut eadem inde ad nos deduceret? Nisi aliquis in terræ cavernis Aurum Argentum, Lapidesque pratiosos, in mari Margaritas contineri*

*ineri dixisset, quis de eventu dubius sumptus ideo excedentes faceret, effossiones, piscaturasque institueret? Iam vero Thesauros ibi reperiri cum sciamus omnes, nullus in eos inquirere detrectat. Et licet omnibus se non offerant, existere tamen nemo ambigit. Similiter & se habere censeo Salis hujus Mirabilis delectionem. Virtutes ipsius trado, quod multum est, facillimo labore, leviorique manuductione ad alia pervenire licet. Quod hæc proponam, unam Deum Opt. Max. causam moventem cognosco, cujus opera miranda occultare, mihique soli servare amplius nec potui, nec volui. Et quidem eo magis, quod reperiantur qui secreta hæcce, quæ à me accepere, pro suis venditent, orbique exhibeant, haud attendentes promissionem, nunquam futurum ut ea aliis nota reddant. Præstat itaque ipse arcana mea patefaciam, quam, ab aliis contra datam fidem id fiat, patiar, quod ne ægre ferant Amici mei fidelissimi alium ipsis usum Salis hujus communicabo, fidelitatis præmium, melius judico omnibus hæc innotescere quam inimicis solis.*

*Iudicent precor boni omnes, an aliqua ratione excusari mereantur, qui juramento se mihi firmiter adeo obstrinxere, famam, bonaque*

*omnia*

*omnia arrhæ loco exhibentes, nunquam sci fore ut quæ acceperint arcana magis, aliis no tificent, & tamen non solum nil non divul gant, verum convitiis misere me lacerant Summopere per Deum Veritatemque ipsam ju dicia vestra chartæ commissa sollicito, quo pr defensione mea veritatisque ipsius iis contr malevolos ejusmodi oblectatores, infidosque uti possim. Agnoscam beneficium, & ut gratum me omnes habebitis, amicum Deum Opt. Max. remuneratorem certum: Veritati enim cultorem qui se opere ipso exhibet, Deum honore afficit, contrà Diaboli mancipium pessundare eam omni modo annititur.*

*Tempus non permittit maleferiatorum ejusmodi hominum intenta patefacere, dabitur aliquando commodior occasio id efficiendi.*



MIRA-

# MIRACULI MUNDI

## PARS ALTERA,

*In qua exhibetur*

Adventus jam dudum prædicti ELIÆ ARTISTÆ magnificus, dum agitur

## DE SALE ARTIS PHILOSOPHORUM,

*Origine nempe ejus, nomine, inexplicabilique efficaciâ, maxime in perfectione Vegetabilium, Animalium, Mineralium, se manifestante,*

### ET QUIDEM PRIMO

### *De Origine Ejus.*



Riginem Salis hujus quod spectat, jam antea, qua ratione ex [F] & Sale communi conficiatur, ostendi; Nolo tamen hæc ita accipi, ac si nullo, præter hunc, modo, idem parari queat; varii hi dantur: Præparari etenim potest ex Solo

ex Solo [G], non admixto Sale communi; im
& Alumine, Sulphure, vel Sale communi, abſ
que additione [H] aut alterius Salis ignis benef
cio. Nullum exhibere licet Sal, quod non Sa
huic Artis materia commoda ſit, licet ex uno fa
cilius copioſiuſque colligatur, quam ex alio. Nc
verò quod unicum tantum id conficiendi modur
exhibuêrimus, præter cauſas alias, tempori, prc
lixitatem inhibenti, ne aliàs Lectori Benevol
nauſeam crearemus, debemus. Suffecerit hâc vi
ce Salia hæc Mirabilia tribus quatuorve modi
parari poſſe, ſinguliſque ſuas, ſpeciales, ali
denegatas, virtutes, in Vegetabilibus, Animalibu
Mineralibuſque, Univerſaliter æque ac Particu
lariter ſe exercentes, conceſſas eſſe, annotaſſe
Quis enim alterius naturæ, Sal illud eſſe negare
quod ex deſtillatione Spiritus Salis communis re
liquum manet, ac id, quod ex deſtillatione Aquæ
Fortis aut Regiæ, cum diverſiſſimæ Naturæ Sali
ea ſint, ex quibus parata.

Unumquoque nihilominus horum vi ſolvend
figendique gaudet. At quod ex Sale fit Armonia-
co, corpora omnia volatilia reddit, adeò ut anima
eorum Alembicum petant, ſimiliter & Spiritu
ope [C] ex Sale Armoniaco ſegregatus, diverſa
omninò vires proprietateſque oſtendit, ab iis qua
in ex Sale communi parato notamus. Rem accu-
ratius conſideranti maximæ conſiderationis Ar-
cana ſe exhibebunt. Plura alio loco.

De

## *De Salis Universalis appellatione.*

NOmen Sali huic imposuimus, Universalis Philosophorum, consideratione habitâ virium virtutumque quibus pollet excellentium, nulli alii Sali competentium. Universale meritò dicimus, eo quod eorum, quæ ex Mineralibus, Animalibus, Vegetabilibus proveniunt Medicamenta, summum sit, ut in sequentibus demonstrabitur; Philosophorum additur, cum demonstratio hujus rei Philosophicis fundamentis necessario innitatur.

## *De Viribus Salis Universalis.*

VIres ejusdem quod attinet, innumeræ eæ sunt, quas exhibere impossibile censemus. Quod enim, vel ea solum, quæ mihi de viribus ejus constant, & tamen minutissimam partem absolunt, ex debito describere vellem, vix annus dies noctesque operi incumbenti sufficeret. Forsan aliis Deus plura patefaciet; Forsan me annis juniores ea quæ me adhuc latent, invenient. A me principium, me manuductore quærenti janua ad res insigniores aperitur. Quod si ingressus negetur, indignos tales homines à Deo Opt. Max. haberi indicium est, quibus Magnalia exhibeantur. Solis submissis oculos aperire solitus est,

quo admiranda ipsius opera intueantur, atqu
cognoscant, & quod caput rei est in honorer
Dei, pauperumque solatium ritè usurpent. Cor
tra verò superbi qui sunt animi, Mundo inse
vientes, non solum omni tempore cœcutiunt
ipso sic volente, cordisque sunt obdurati, verui
& claræ lucis usurâ privati, tenebrosa, Diabo
mancipiis vitiis omnis generis debitis, debita lc
ca, inhabitant, ad animarum omnimodam pern
ciem. Bene ipsi, cui Deus bene vult, bene ips
quem Deus amore prosequitur, nunquam luc
præsentiâ destituetur, quicquid etiam contrà mc
liatur tenebrarum Dominus.

Constitutum equidem ea quæ benignissimi
Deus largiter mihi concessit, in honorem ipsiu
proximique commodum, aliis communicare
adeoque mirabilia Dei opera divulgare, at v
rias propter occupationes, ob impedimenta mu
tiformia, quarundam tantum virtutum, qu
Sali meo Mirabili aut Sali Artis inesse repreher
dimus, mentionem faciam, specialiorem c
mnium explicationem commodiori tempori re
servans.

Universale quo jure Sal hoc vocetur, triui
Regnorum, Vegetabilium nempe, Animaliu
& Mineralium præcipuum sit Medicamentum re
quiritur, eadem perficiendi, augendiq; potentia
habens. Antea quidem Nitro dignitatis huj
titulum tribuisse me memini, nec sine ratione,
plurimis Sali huic Mirabili cedit, sic ut cum e
æqu

æquiparari minime mereatur. Veritati itaque neutiquam respondent scripta ea, quæ corrosivi cujusdam ope ex Metallo Sal pellucidum in aquâ solubile effici posse, idque verum esse Sal Sapientum, docent. Nil, nisi quod falsis ejusmodi ignorantes seducant, agunt.

Sal etenim, in quo Metallum dissolutum, non haberi meretur amplius pro Sale simplici, sed Vitrioli Metallici conditionem accepit, sive Vitriolum illud viride fuerit aut flavum, Solis, & Lunæ, sive Albicans, Mercurii, Jovis, & Saturni, sive etiam ex viridi cœruleum Martis & Veneris. Vitriola ejusmodi neutiquam Salis nomine indigitanda. Quod enim Universale debet esse Medicamentum, ad omnia regna se extendens, id sane alieni nihil permixtum habeat requiritur, vel ipsis Scepticis consentientibus.

Verum Sal Universale nullius materiæ Metallicæ particeps sit, purum omnino, omnium Vegetabilium, Mineralium, Animaliumque Regno contentorum naturam quam facillimè induere, adeoque summum Medicamentum se exhibere valens: Proprietates hasce quandoquidem in Sale nostro Universali plenissime reperiamus, rationes nullæ sunt, cur minus ipsi honores hosce tribuamus, omnibusque Salibus id anteponamus.

Veritatem dictorum omnibus expositúri, ab ipsis Vegetabilibus initium faciemus.

## *De mirabili vi Salis Universalis in Regno Vegetabilium.*

SAl Sulphureum dulce omnium Vegetabiliur Medicamentum præstantissimum in Miracul meo Mundi, ejusque continuatione diximus; d rei veritate non est quod quis dubitet, variis i locis me manuductore agros steriles ejus additior fertiles fieri notamus. Salis hujus quo loco f menti uti possumus, mira datur diversitas, e cineribus lignorum paratur, lapidibus in calcer combustis, aliisque corporibus, ob dirtinam i aqua moram, putrefactis; omnibus facile pa mam præripit Sal petræ utpote Vegetabilium Animalium, Mineraliumque putrefactorum Sa maximè quod occulto quodam, dulcique igr gaudeat. Quin & Signatura ipsi propria augmer tativam ipsius virtutem clarè ante oculos nob ponit, non enim cuboideâ se exhibet formâ, qu lis quidem in Salibus corrosivis auctioni corpc rum omnimodo adversantibus, notatur, sed Sa gittali, Acuminatâ. Signaturâ hâc cujus condi tionis virtutisque Sal petræ sit natura indicar voluit. Et sanè si Experientiam consulamus, ve esse, quæ proponimus, nitro nempe corpora au gendi præcipuam vim inesse, reperiemus, ℞. Fru mentum quod volueris, impone per nocter aquæ pluviali, in qua Nitrum solutum, committ terræ, & observabis, non solum culmos copiosio

res

es, ac celeriorem germinationem, maturatio-
emve, verum & saporem multo acceptiorem
o, quem frumenta vulgari modo, ope stercoris
nimalium, producta præbent. Sed hac de re ali-
i uberius.

Nitrum purum putum Sal est in stabulis anti-
uis ex stercore & urinâ Animalium genitum;
Jrina verò cum stercore nil sunt, præter Vegeta-
ilia ipsa, in Ventriculis Animalium concoctio-
e putrefacta, quæ concoctio 24. horarum spatio
erfici solet. At verò Vegetabilibus atque Ani-
alibus extra Animalium ventriculum putredi-
em conciliare, longiore sanè tempore indiget,
naxime ubi duritiem aliquam indebitam jam
cquisivere.

Ita putrefactionem temporis respectu differre
idemus, attamen in se nullam agnoscit diversi-
item, sive enim in Ventriculo animalis ea fiat,
ve extra eum, perinde est, viribus neutiquam
ffert. Huic medio genus Vegetabile hactenus
rogationem suam auctionemque debet, rustico
mnino more, cùm alius melioris conditionis
notus.

Philosophis equidem Vegetabilia, Animalia,
que Mineralia ad Materiam primam seu Sal
ulphureum dulce reducendi modum faciliorem
ompendiosioremque cognitum fuisse, facile mihi
ersuadeo, ne tamen nobilissima ejusmodi ars di-
ulgetur nimium, inter arcana eum reservarunt.

Ut impossibile omninò est semen Vegetabile
 cujus-

cujusdam exsiccatis appositum herbis, imo hominem ipsum aut aliud quoddam animal, sole arenæ, silicumque usu vitam sustentare, crescere multiplicarive posse; sed vero ibi terra humore salso perfusa requiritur, cui committatur, hîc alimentum tale quod in Ventriculo concoqui, ac eoque in nutrimentum partium mutari possit. Ita & impossibile Metalla augere, nisi anteà ad materiam primam reducta fuerint, sicque sibi invicem Spiritualiter conjuncta, ut unum alteri nutrimento sunt, augmentoque. Omnia hæc facilius longe celeriusque arte quam natura peraguntur.

Arte autem subjecta quævis, Vegetabilia, Animalia, Vegetabilia, ad Materiam primam, quæ Sal est Sulphureum dulce reduci quam facillimè atque celerrime posse, adeoque multiplicari, verum Sal Universale indicat, quod non solum Sale petræ excellentius est, si Signaturam spectemus, longiusculam nempe figuram, verum & si generationis in aëre facilitatem. Imbibat hoc Sal Arena aut lapis aliquis, aërique exponatur, notabimus ex ingenitâ virtute idem propullulare, imò eo quod foras excrevit ablato, paucorum dierum spatio aliud se exhibere, sicque in infinitum procedi. Videntur quidem impossibilia, at naturam ritè cognoscenti neutiquam talia sunt, augmentatio enim ea magnetico modo perficitur, de quo alio loco plenius egimus.

Et hinc haud absque jure Sali huic Universali

Herois

Herois atque Monarchæ ditiſſimi liberatiſſimique Titulum competere cenſemus.

Hæc ut magis pateant, agedum

Viſitabis Interiora Terræ Rectificando Invenies Occultum Lapidem Veram Medicinam.

## PROCESSUS.

*Faciliſſimus Modus Spiritum Salis unà cum Sale Mirabili acquirendi.*

℞. SAlis comm. part. ij. Solve in Aquæ comm. q. ſ. Affunde [A], mixta impone cucurbitæ aut retortæ vitreæ bene lutatæ aut terreæ, cucurbita ſi fuerit, alembicum ſuperimpone; hinc igne arenæ operationem inſtitue, per gradus procedendo, exit primò, calorem ubi concepit materia vaſe contenta, Phlegma inſipidum, ſeparatim colligendum; Phlegmate extracto, ubi liquor acidiuſculus prodire incipit, muta recipiens, quo Spiritum acidum accipias. Continua operationem uſque dum nihil Spirituum amplius prodire reprehenderis, ignem hinc imminue, vitraque in arena adhuc deliteſcentia refrigerari permitte, refrigerata ex arenâ aufer, & ſi illæſa reperias,

perias, materiâ prædictâ iterum reple, procedeque ut modo docuimus. Phlegma minimè ut inutile abjiciendum, verum reservandum ad id, ut pro destillatione alia, Sal in eo, loco aquæ simplicis, solvatur. Habebis hoc modo ex ℔. quavis Salis, Spiritus ejus optimi purissimique ℔j. Sal in cucurbitâ aut retortâ, à fracturâ immunibus, remanens, aquâ solvitur, filtratur, & evaporatione debitâ prægressa in Cristallos albicantes, viribus, mox declarandis, mirabilibus præditos, abit.

NB. Quod si cucurbita fracta fuerit, solutione Salis minimè opus, suffecerit eximere ex eâ Sal Mirabile exsiccatum, atque in suos usus reservare.

NB. Poterit & destillatio hæc in cucurbitâ Argenteâ perfici, quo ab omni fracturæ periculo liberi magis simus, quæ tamen ex argento purissimo fabrefacta sit, omnis cupri experte, ne alias Spiritus acerrimus cuprum ex argento attrahat, sicque perforata omnino mollisque cucurbita evadat. Sali nulla quamvis proprietas argento conveniens, singulis tamen destillationibus aliquid argenti abradit, quod ut serves, collige pulverem albicantem à soluti Salis filtratione in filtro reliquum, hunc exsicca, lixivio forti humecta, atque in crucibulo fusione in Argentum reverbera. Non est quod Argenti hujus fusionem per se instituas, Spiritui Salis volatilitatem debet, propter quam in fumum abit.

Et

Et quamvis unaquæque destillatio Argenti aliquam quantitatem cucurbitæ auferat, aliquot centenæ tamen operationes in unâ eademque cucurbitâ institui possunt, priusquam novam ex eâ confici curemus. Ita & vitris minus indigemus, & Destillationes celerius perficiuntur, cum mox ab initio ignem validiorem administrare liceat, nullus enim hîc rupturæ vitri metus est.

Compendiosior adhuc modus est, cum cucurbitam tripodi solum imponimus, igneque supposito Spiritum prolicimus, sic enim nec fornace indigemus, nisi ad caloris cohibitionem meliorem ea uti velimus, nec carbonum notabili copiâ, ad extractionem quippe Spiritus Salis ℔j. vix carbonum ℔ij. aut iij. reperiuntur.

Rectificationem nullam Spiritus hic exigit, per se pelluciditatem saporemque acceptum satis possidens.

Omnia quæ quidem ipsi tribuimus Scriptis nostris, imo ampliora præstat. Sal quoque remanens ea quæ tractatu de Naturâ Salium ei adscripsimus, præter alia incredibilia, efficit.

Simili omninò modo, quo Spiritum Salis parari docuimus, etiam Aquâ fortis, & Regia confici possunt, loco Salis summe Nitrum, & habebis Aquam fortem; quod si receperis Salis & Nitri in p. æq. in aqua solutionem institueris, [B] q. s. addideris, destillationis ope Aquam Regiam accipies.

Cum itaque Basis atque fundamentum infal-

libilis Medicinæ atque Alchimiæ [C] sit, aut eju [D] necessarium omnino est, quâ ratione quan facillimè atque minori sumptu quantitate nobi produci queat, cognitum habeamus, vulgari etenim id præparandi modus labores sumptusqu maximos exigit. Jam vero quo faciliori method id adipiscimur, eo excellentiores nobis indè redundant utilitates, maximè ubi Metallorum viliorum transmutationibus tempus dare animus est Præcipuus itaque ejus usus ad id dirigitur, ut dictum [E] facillimo negotio præparatur, hinc etiam Spiritus Salis, uti & Sal Mirabile in Medicinâ verâ atque Alchimia frugiferâ ritè usurpantur.

Ex Leone atque partho productus acutissimi visus lincus, imò ex Leone atque Aquilâ genitus ignem vomens, per altissima volitans, equum unà cum viro insidente in aëra abducens, potentissimus Draco, plurima quamvis valeant, neutiquam tamen nobilissimam Alchimiam, per tot annos proinutili à malevolis, insciisque habitam ac ferè neglectam, servare potuêre. Abjectam eam debito nitori restituit tandem ex Cane & vulpe prognatus, omnia consumens, insatiabilis Gulo, hic species Metallorum mutabiles esse, contrà Aristotelem, opere ipso ostendete atque confirmare, adeoque hoc medio Alchymiam planè sine causa neglectam, maximeque utilem esse, demonstrare ausus est; Huic Alchymia, quod honores pristinos, verè regios, recuperaverit, debe-

debetur; Huic ob id gratiæ honoresque meritò conferendi.

## *De Utilitatibus, quæ Sal Artis nostrum Mortalibus omnibus, cujuscunque etiam status atque conditionis fuerint, adfert.*

UTilitas summa est, quod eo macerata semina, cum terræ committuntur, incredibilis copiæ culmos exhibeant, nunquid hæc ad homines quosvis mundum habitantes spectat, cum pane carere nemo vivus queat.

Agricola minori sumptu laboreque fructus colligens, ac vulgari modo, annon Magistratui vectigal annuum certius solvet?

Eadem & artificum ratio est, & hi melius sua tractara sic valentes, in superiores quoque commoda ejus redundent, efficiunt.

Theologis Mirabilia Dei Opt. Max. auditoribus exponendi, peccatorumque intermissionem exorandi materia datur.

Jurisconsulti ex hoc discere habent, mutationes gravissimas instare, adeoque jura nullis precibus premiisque corrumpenda.

Medicis excellentiora Medicamenta hujus ope innotescent, ipsisque adeò ægris certius citiusque medella adferetur.

Eadem ratio Pharmacopæorum est, Chyrur-

gorumque, & his Pharmaca, Emplaſtra atque Unguenta quibus citius feliciuſque curatio obtineri queat, quam vulgò notis, perficiendi anſa datur.

Nullum Artificum, Mercatorumque reperiri crediderim, qui ubi minori labore ſumptuque opera ſuâ perficit, & bona venalia acquirit, ac anteà Salis hujus beneficio, proximo ſuo eadem viliori quoque pretio, quam quidem ſolitus, non vendat.

Agricolæ, hortulani, quique ſunt hujus ſortis homines, facilius citius, perfectius, atque copioſius quos accipiunt fructus, non poſſunt non minori pretio Emptoribus concedere, quam cum contrarium obtinet.

Atque ſic quantæ utilitatis Sal noſtrum Artis ſit, quæve inde ad omnis conditionis homines redundent commoda, in genere vidimus. Quis dicta conſiderans omnes ingenii ſui nervos in id non intenderet, ut Salis hujus compos evadat, quo exindè non ſolùm ipſe, verùm & proximus commodum trahat.

## *De Uſu Salis Mirabilis in Medicinâ.*

1. PRimò omnium Sal hocce purgantibus univerſalibus accenſeri debet, vi enim magnetica omnis generis humores noxios ex corpore educit.

2. Au-

2. Augetur hæc purgandi vis, à corporibus Metallicis aut Mineralibus in eo ſolutis.

3. Ad eductionem humorum omnis generis pravorum utiliſſimè in eo diſſolvitur Antimonium; cordi cum dicatum eſt Pharmacum, Aurum; cum Cerebro, Argentum; Hepati, Lieni, Renibus, Ferrum; Pulmonibus Stannum & Sulphur; corporis habitui, Cuprum & Mercurius.

4. In aquâ, in quâ Sal hoc ſolutum, ſi ebullierint purgantia Vegetabilia, Mineralia, & Animalia, & hinc formâ Clyſteris uſurpentur, corruptos humores omnes evacuari notamus.

5. In iis hominibus, ſive juniores fuerint, ſive ſeniores, Medicamenta purgantia per os aut alvum qui adſumere nequeunt, aut nolunt, utile admodum ſuppoſitoriis ex melle & Sale hocce confectis corpus à pravorum humorum ſaburrâ liberare.

6. In Cephalalgiâ, Febribus omnibus, & Epilepſia purgantis laudes meretur.

7. In Catharris, cum caput humoribus pituitoſis repletum eſt, grani ſemis aut integri quantitate, matutino tempore, aut etiam die, naribus attractum, mirè Phlegma evocat.

8. Optimum remedium eſt in affectibus faucium, partiumque vicinarum, quales inter alias ſunt lingua, tonſillæ, buccæ, gingivæ, à catharro delabente acri originem habentibus, ſæpè exulcerationem, corruptionemque conjunctam habentibus, uti in ſcorbuticis frequenter evenire nota-

notamus; humores enim malum causantes e: trahit, vitiatamque partem sanat, si in aquâ c lida solutum sæpius calidè pro gargarismate usu petur, non neglecto tamen purgantis usu.

9. Similiter & in Odontalgiâ mira præsta educendo humores dolorem in dente producei tes, si ejus quantum cultri apice contineri, pote aut ℥j. in nodulo dentibus applicetur, præmis tamen & purgantis lenioris usurpatione.

10. Errhinum egregium est in affectibus oci lorum, auriumque à Catharro ortum ducent bus, modo non negligatur purgantis Medicamer ti usus.

11. Egregii usus Sal hocce est, maximè cun Metallica corpora in eo soluta fuerint, ad vulner extrinseca corporis recentia, imò fistulas anti quas.

12. Quod si debitâ quantitate aquæ commun misceatur, adeoque sic cum Aquâ balneum constituat, scabiem, similesque cutis affectus, optime emendat, melius longe ipsis Thermis, vi etenim suâ attrahendi insigni humores pravos intercutaneos, vitia ejusmodi producentes, pœnitius extrahit; maxime si vis ea à Pharmaco quodam juvetur.

13. Omnis generis humores acres, rodentes, quive firmiter maxime partibus externis inhærent, vermiculosve, sæpe pediculis similes producunt, nullis balneis, linimentisve auferri valentes, educit.

14. Aquam

14. Aquam Hydropicorum internè, externeque (in balneo ſcil.) uſurpatum extrahit; quod potentius facit, ſi Aurum in eo ſolutum fuerit.

15. Podagricis ad dolorem tollendum, tumoremve imminuendum inſigne Medicamentum eſt.

16. Ad omnis conditionis fluxus ſanguineos, nternè adhibitum facit.

17. Externe quoque applicatum ſanguinem n vulneribus mirificè ſiſtit, maximè ubi jam ante alcinatum, pulveriſitatumque, hinc cum textura Aranearum, aut pavonis ſterrora mixtum. Aut, quid præſtat, ubi chalybo in eo ſolutum.

18. Vermes omnes enecat atque educit.

19. In fracturis oſſium, herniiſque præſtantiſimum eſt remedium.

20. Non ſolum inſecta, ſed & Animalia maiora, hominemque à corruptione præſervat, aqua ſolutum & corpori impoſitum: poteſt tamen & forma ſicciore uſurpari.

21. Conditura optima eſt, non ſolum Animalium, ſed eſt Plantarum atque florum.

22. Corpora diſſecta à putredine, fœtore, atque exſiccatione præſervat, contrà ac Therebinthinam, Spiritum vini, Aloën, Myrrham facere notamus: imò ab interitu, ut in aqua ſalſa fieri obſervamus.

23. Paucorum dierum ſpatio ex Auro Elixir optimum producit, quod tam forma ſicca, quam

liquida

liquidâ ad grana aliquot usurpatum, leniſſim
omnis generis humores pravos, per urinam, ſ
dores, alvum, educit. Universale ejusmodi A
canum nulli hactenus mortalium innotuit, exh
bebimus id in honorem Dei Opt. Max. proxim
que salutem, copia notabili.

24. Aurum sic præparat, ut ope Spiritus Vi
alcolisati Alembicum transeat coloris aurei, M
dicamentum insigne.

25. Poterit & ejus auxilio, alio quamvis mo
do, Tinctura cœrulea ex Auro extrahi, exceller
tis in Medicina atque Alchymia usus.

26. Quin & Metallis omnibus naturam V
getabilium imprimere valet, sic ut hoc mod
præparata Metalla, radicibus herbarum addit
eum naturam herbis communicent, cujus appo
situm Metallum. Metallicarum ejusmodi Plan
tarum quam insignis in Medicina usus sit, faci
est intelligere.

## *De Utilitatibus Salis Artis, in variis Artibus.*

1. COagulationem subitaneam producit Aqu
fluviatilis, pluvialis, aut destillatæ cujus
dam, sic ut in glaciem abeat, charta, sacculo, au
capsula lignea ad quævis loca deportandam, &
ubi usus tempus se offert, solvendam, sic ut Sa
ab aqua separetur, quod nullam omnino muta-
tionem

tionem aquæ attulit, & ad ſimiles coagulationes aliquoties iterum adhiberi poteſt.

2. Eadem ratione Vinum, Acetum, Cereviſia, Mulſum, ſimiliaque potulenta in ſubſtantiam pellucidam coagulatione reduci poſſunt, facillinè iterum ſolvendam.

3. Coagulationem quoque ejus ope incurrunt Spiritus Salini, quales inter ſunt Aqua Fortis, Aqua Regia, Spiritus Salis, Spiritus vel Oleum Vitrioli, & ſimilia, ſic ut in Salia duriora abeant, ad loca alia capſulis chartaceis aut ligneis contenta, abſque ullâ mutatione, aut corruptione, deferenda; qui ubi tempore uſus ſolvuntur liquorem à Sale diſtinctum exhibent, Sale interim vires ſuas coagulandi integras ſervante.

4. Melli, Syrupoque conſiſtentiam Sacharo ſimilem conciliat.

5. Fontes eo obſtrui poſſunt, ut inhibeatur aquæ effluxus.

6. Lignum ſucceſſu temporis, in lapidem duriſſimum mutat.

7. Phlegma ſuperfluum à vino, creviſia, Aceto, Spiritu Vini abſtrahit, ut fortiora evadant.

8. Phlegma à Spiritibus ſubtilibus Mineralium ſegregat, unde volatilia & validiora magis fiunt.

9. Odorem ſaporemve ingratum Vino, Cereviſiæ, Aceto & Spiritui vini aufert, quibus etiam claritatem majorem adfert.

10. Vaſa quoque fœtorem ingratum Spirant emendat, ut commode iis uti queamus.

11. Fructus omnes, ceraſa ſcil. poma, pyra uvas, allium, ova etiam gallinacea & quicqu ab aëre mutationem concipere valet, adeoqu corrumpitur alias, ad multum temporis præſe vat.

12. Pictoribus pro baſi colorum eſſe poteſt.

13. Semina Vegetabilium eo madefacta, m rabiliter multiplicantur, ita ut ex unico gran culmi 10. 20. 30. pluresve propullulent. Eader & ratio eſt, ſi Sal ipſum terræ committatur.

14. Aquas pluviales quas recepit terra diu i eadem ſervari facit, hinc non poſſe non frugibu multum commodi inde provenire, certum vide mus.

15. Radicibus arborum appoſitum, vel peni tus ferè emortuas eas refocillat, fertileſque red dit.

16. Imo Animalia ſuffocata, aut aquis ſub merſa, canes, feles, mures, inſectæ, ejus ope vita iterum reſtitui poſſunt.

17. Halitum plurimorum hominum in uno aliquo cubiculo commorantium attrahit, & inſtar nivis aut glaciei coagulat, haud quidem attactu reali, ſed vero ſi modò vitro cuidam incluſum è filo ſuſpendatur. Notabimus ſic Magnetico modo halitum ſ. vaporem vitro exterius adhærere, inſtar veræ glaciei. Operatio eſt hyemalis.

18. Flo-

18. Flores herbæque odoriferæ ejus additione rvari poſſunt, non mutatis odore, ſapore, co- re.

19. Salis hujus beneficio colores varii, ſpe- eſv è odoriferæ plurimæ parari poſſunt, unde dices Plantarum, ſi iis applicentur, colorem o- oremve attrahunt, quem ipſis herbis commu- icant.

20. Oleo olivarum amaritudinem aufert; dulce em reddens, clarumque, meliùs quam Coctio.

21. Oleum Lini ejus mixtione illico clarifica- tr, ſuaque aquoſitate liberatur, quod alias pluri- is diebus vix perficitur.

## *De Uſu Salis Artis in Alchymiâ.*

SOlvit, fixaque reddit, Vegetabilia omnia, Animalia atque Mineralia.

2. Trium horarum ſpatio dicta omnia ad ma- riam primam, (unde Medicamenta præſtantiſſi- a conficiuntur, novorumque, imo aliis magis cellentium Metallorum proventus dependet,) ducit.

3. Herbis omnibus, nullâ exceptâ, ☉ volatile eſſe demonſtrat, quave ratione fixum reddi de- at, docet.

4. Olea omnia fixa efficit, ſic ut inſtar carbo- m ligni in igne ſe exhibeant.

5. Vires addit Aquæ Forti, Aquæ Regiæ, Spi- uique Salis.

6. Paucarum horarum ſpatio animam aur
extrahit, ſic ut Alembicum petat, Medicamen
tum valde excellens.

7. Corpori Solis, Metallorumque aliorum a
bicanti, anima ſua ſpoliato, eandem reſtituit.

8. Aurum breviſſimo tempore ad eam reduc
eſſentiam, ut Vegetabilium ſeminibus uni
queat, herbiſque ſe communicet.

9. Ex Metallis Aurum, argentum, cuprum
compendioſiſſimè, & maximo cum fructu, v
ſicca, abſque fuſione, aut alicujus additione e
trahit.

10. Qualitates nobiliores Metallis tribuit
dum eo lavantur, adeò ut etiam lotionis ejuſmo
di ope ferrum ſe jungere valeat Mercurio, im
fluxile, ductileque evadat ad inſtar cupri, quæ re
maximè fructuoſa.

11. Metalla imperfecta ad Maturitatem gra
datione perducit, adeoque in ☉ atque ☾ muta
via tam ſicca quam humida.

12. Ferrum quodvis in Chalybem mutare va
let.

13. Ferrum hujus ope in cuprum, cuprum i
argentum, argentum in aurum mutari poteſt
via æque humida ac ſicca. Quin & aurum quoc
vis ad gradum 28. imò Tincturam veram reduc
Ultimi equidem hactenus experimentum non fe
ci, nil tamen impoſſibilitatis ſubeſſe videtur
cum nullum dari Metallum, quod non in aliud
& quidem præſtantius mutari poſſit, imò ☉ com
mun

mune colorem ſervant naturalem, exaltari, notemus. Et licet nobis Tincturam hancce conficiendi ratio certo nondum conſtet, erunt tamen ex ſucceſſoribus, quibus eam benigniſſimus Deus concedet, quo calumniatorum, malevorumque hominum os obturetur, malitieſque detegetur.

At inquiet aliquis, unde novimus colorem hunc auri, verum dicere aurum, non cuprum? Huic Reſpondeo, ad proceſſum hunc nec cuprum, nec aliud quoddam Metallum requiri, ſolum Sulphur Vegetabile cum Sale Artis eum abſolvere. Unde ergo Cuprum auro accederet? Ex Sulphure Vegetabili dicere, nil eſt, id enim miraculis accenſendum? Demonſtrari hinc, ſi cuprum eſſet, commode poſſe videmus, Metalla omnia, imo & Lapidem Philoſophorum ipſum ex herbis parari poſſe; quod veritati quam maximè reſpondet, nulla enim datur Planta, imò nullum excrementum, ne quidem humanum, quæ non aurum verum Tincturamve veram exhibeant. Color itaque hic, quem auro ope Salis Mirabilis & Sulphuris Vegetabilis accedere notavimus; non Cuprum, ſed aurum verum arguit. Radii Solis Elementares in Sulphur, coagulatione in herbis abiêre, hoc ope Salis Artis in Tincturam, dum fixum redditur, mutatur, & auro additum corporale evadit.

Ex his & ſimilibus unicuique ſatis conſtare putamus, Transmutationis Metallorum certitudinem: plurimi equidem hanc demonſtrare alla-

 borarunt,

borarunt, nullus vero me clarius: quod soli Sal
Mirabili debetur. Desinant itaque ignorante
Deo veritatique contrariari, ne pœnam graven
incurrant.

Hæ similisque conditionis Transmutatione
variæ, summo cum fructu perfici possunt, nec ne
cesse judico pluribus de iis agere. Posteris Deo
dante plura notificandi occasio se offeret, indie
enim utilitates hujus Salis magis magisque Disci
pulis meis innotescunt; Adeo ut fieri aliter ne
queat, quam ut Alchimiam Veram Europa tot
florentem videat, solius hujus Salis ope. Und
& haud immerito Sal Artis vel Elias Artista voca
tus fuit, qui mundum ingressus Artes varias orb
communicaret: Hîc ipsum jam habetis, ea qua
impossibilia semper habita fuêre, docentem.

Elia hocce haud contentus alium exspectet ne
cesse est; Judæi statum Christi abjectum consi
derantes, Messiæ prædicti honoribus ipsum in
dignum æstimarunt, licet miracula plurima ab
ipso edita oculis suis viderint. Idem si hoc tem
pore in hoc casu contingeret, quid miri? diffi
cillimum est creditu in Vitriolo abjectissimo mi
rabile ejusmodi Sal reperiri.

Modo Vitrioli vulgaris, omnium oculis obvii,
naturam cognoscerent Scioli ejusmodi, facillimè
plura adhuc idem inesse, quam Sali meo Mirabili
tribui percepistis, intelligerent. Præstat etiam po-
steris aliquid reservari, quam nostro seculo omnia
patefieri. Initium feci, pergant alii.

Para-

Paracelſus cap. de Vitriolo, hujus ope ferrum quodvis in cuprum optimum mutari poſſe, at qua ratione, quid excellentius, ferrum in aurum mutari queat, adventum Eliæ Artiſtæ exſpectare, hunc, quem Sal Artis eſſe diximus, modum id perficiendi monſtraturum. Et quo magis unicuique quid arcani Vitriolum poſſideat, innoteſcat, quæ de Vitriolo idem reliquit hîc apponere conſultum judicavi.

Quandoquidem ergo Sal meum Artis in hoc tractatu Eliam Artiſtam jam dudum prædictum, pronunciem, haud ſine cauſa aliquis diceret. Mi Glaubere, Sal tuum Mirabile Eliam Artiſtam eſſe clamitas. At vero apud Paracelſum legimus, ipſum cum venerit, ferrum in aurum tranſmutandi modum edocturum. Nunquid hoc qua ratione Sal tuum Mirabile præſtet, tradis? Reſpondeo, nil impoſſibilitatis hîc ſubeſſe, obſcurè jam & hîc & aliis in locis oſtendi, qua ratione autem operatio inſtitui debeat nondum tradidi, eo quod ipſe perfectam ejuſdem cognitionem necdum poſſideam, licet poſſibile eſſe ſæpius obſervaverim auro ferrum accedere adeoque id augere, ſimiliter ut auget cuprum.

Cum enim Cuprum in Sale quodam ſolvitur, & hinc laminæ ferreæ ſoluto injiciatur, non ſolum cuprum, ferrum, fundumque petit, atque adeo iterum cuprum evadit, verum eſt dum coctio talis perficitur, cupro ferri ingens ſatis quantitas accedit, ſic ut plus ejus eximas, quam injeciſti;

cisti: Experientiam hîc testem do, do Scriptorem, verissima referentem Lazarum Ercker, in libro probatorio, qui etiam hoc addit, pluries nempe se observasse, Instrumenta ferrea, in fodinis Vitrioli, absque ulla figuræ depravatione temporis progressu, cuprum evasisse: quam tamen mutationem credibile est Spiritibus haud corporibus deberi, cum penetrandi vi majori polleant. Scriptor hæc cum in paucorum manibus verfetur, hæc quæ de Transmutatione ferri in cuprum habet, apponere placet.

## *An etiam ex ferro Cuprum fiat?*

LOngo jam tempore, Benevole Lector sententiæ negantis me patronum dixi, eo quod ferrum in aquis cupro prẹditis, qualis est ex vitriolo, tartaro viridi, & similes, cuprum præcipitari, nec ullo modo huic à ferro augmentum accedere, credere potuerim. At quotidiana experientia contrarium docuit, quæ nempe in fodinis, montibusque Vitriolo præditis reservantur ferrea instrumenta, diuturniore tempore omninò in cuprum mutari. Licet enim præcipitatio cupri fit beneficio ferri, illius tamen ea quantitas haud injicitur, quæ extrahitur. Hoc nihilominus hîc tenendum, una cum cupro quod sic præcipitatur, argentum quoque, (si quod adest) ad fundum promoveri, unde haud male ii facere videntur, qui

ui ad præcipitationem Argenti, Aquæ Fortis, ræter cuprum, ferreas quoque laminas, injiciunt, uo una opera argentum & cuprum fundum peunt, omniaque quæ aqua ſegregatoria contineat, accipiamus.

Ut conſtat, ex ferro cuprum fieri poſſe, ita & ı aurum idem mutari poſſe, demonſtrari facillie poſſet. Poſſibile id eſſe, ſæpius obſervavi, li:t ſine utilitate, cum artificium operandi verum ıte hæc tempora me latuerit.

Non quâvis ſolutione ferrum in cuprum mutaır, ſed ea quæ eſt in determinatis quibuſdam Saous, quod ſi enim Cupri ℥ß. in Aqua Forti ſol:ris, hinc ad acredinem Aquæ Fortis mitiganım aquæ ſimplicis aliquid addideris, laminas rreas injeceris, coctionemve debite inſtitueris, upri equidem ℥ß. præcipitabitur ad ferrum, hoc men neutiquam in cuprum mutabitur; cujus ne rei cauſam certam ſubeſſe credimus, quod :mpe Sal gradationis vim habens Aquæ Forti ıllum additum ſit. Eadem ratio Auri eſt, ſi ſolıtur in Aquâ Regiâ, præcipitari enim ſolum hîc oſervatur Aurum, minime ferrum in Aurum utari, propter Salis convenientis ad gradatio:m defectum.

At verò ſi ſolutio Cupri aut Auri in Spiritu Sa; fiat, hinc ferrum ſoluto injiciatur, non ſolum ıprum, vel aurum cum ferro fundum petit, vem & hac ſolutione pars ferri in cuprum vel aum tranſit, eo quod Spiritus Salis in ferrum po-

tentius agat, tincturamque Metallicam introdu cat, quam Aqua Fortis.

Possibile quamvis videatis ferrum in cuprum vel aurum mutari posse, haud tamen utilitatis aliquid inde sperare licet, plerumque enim Au aliquid in solutione remanet, quod non præcipitatur; hoc verò qua ratione ab ea separari debeat, non omnibus constat, præstat itaque operationem hanc non instituere, quam laborem frustraneum & sumptuosum edere; Viri, ad reductionem Auri hujus solutioni permixti, sedu requiruntur, cum judicio omnia agentes, hau contenti solo eo quod oculis videndum se exhibet.

Neutiquam verò fieri posse, ut gradatio ejusmodi cum fructu aliquo instituatur, non est quo credam. Exiguam ferri particulam quod si i Aurum cuprumve realiter transmutare valeamu, quid ni & majorem? Nos ipsi in culpâ sumus, qu Salia gradationis opus perficere valentia debit qua ratione adhibenda sint, ignoramus. Paracelso id efficiendi modum cognitum fuisse no dubito, noluit tamen ingrato mundo eum communicare, sed in adventum Eliæ Artistæ divulgationem ejus, (& merito) distulit; Salis mei Mirabilis, aut Salis Artis ope maximo cum fructu gradationem hanc institui posse nullus dubito haud tamen pro omni modo certo nondum vendito. Alia mihi nunc tractanda sunt, labores mei sumptusque sæpè incredibiles secreta varia exhibuerunt

buerunt, proximi ad utilitatem publico communicata: Est quod alii quod superet temporis, audendis mei impendant, quo tandem, discussis tenebris lux mundo detur, miraculaque Dei Omnipotentis omnibus pateant. Labore hîc opus est.

Salium appropriatorum ope gradationem ferri institui posse, sic ut in Cuprum, Argentum, Aurum, mutetur, quantum satis est Sal nostrum Mirabile declarat, sive gradatio instituatur via humida, sive cœmentatio, eadem sicca.

Superest gradationem ejusmodi Spirituum gradationem perficiendi fingendique vim habentium beneficio fieri posse sic ut nulla adsit ferri consumptio, prout quidem aquarum fortium additione fieri notamus, demonstremus; Hujus conditionis gradationem eam fuisse certum est, quam Lazarus Ercker in prædictis se observasse in montibus refert; Spiritibus ejusmodi quod si & nos gauderemus, idem etiam à montibus remoti efficere possemus; non crederem alium præter Eliam Artistam, Spiritus tales præparandi modum, nos docere posse, modo vellet.

Me quod spectat, quo gradatio ferri melius perficiatur, Cuprum, Argentum, Aurum, in Vitriolum vim gradationem efficiendi habens redaci prius debere, dicerem, & quidem beneficio Solis Artis. Non semel Argentum Aurumve ope Solis Artis in Vitriolum viride mutavi, ne de Cupro quid dicam, cujus mutatio longe facilior, licet nec illa adeo difficilis. Et quidem via humida;

adeò ut non raro (quandoque enim accidit, qu
ferro consumpto, labor frustraneus sit) fili fer
extremum unum in cuprum, alterum in Auru
mutatum habuerim; si tempus permiserit, an
eorum in gratiam, meique recordationem lab
rem repetam. Præcipuum, quod in hâc oper
tione difficultatem infert, est, à Vitriolo, nim
forti ferri corrosio.

NB. Præter hoc alia sunt, quæ difficultate
movent, adeoque laborem frustraneum reddun
via sicca, æque ac humida; Vitrorum nempe
humida facillima fractura; Crucibulorumque
via sicca, unde est, quod Sal Mirabile ad justu
tempus in eo non servetur, sed effluat.

Gradatio ferri in aurum quocunque etiam m
do ea instituatur, absque auro perfici difficili
potest; quod si jam eveniat, vitrum frangi, q
ea quæ effluunt, colligere valebit; Gradation
5. vel 6. damnum unius, ex fractura, liquo
effluxus haud reparare valent, præstat itaque
ejusmodi opere desistere.

Eadem ratio Operationis quæ via sicca perfic
tur; Et hîc Aurum quod pro gradatione additu
maxima ex parte perditur, ne jam quid dicam
fractura crucibulorum, ad justum tempus Sal A
tis continere vix valentium, quantum non ej
substantia lapidea crucibuli imbibit, & cum
Auri ipsius? Hoc autem quis absque jactura
ea elicere poterit? Eandem, imo majorem fe
quantitatem Auri crucibula auferre putamu
qua

uam gradatione, etiam ex voto ſuccedente acuirimus; Experientia duce mihi conſtat, octo um ſunt partes auri, ferri partem unam in Aum gradratione mutari, cuicunque etiam viæ ſiſtere velis. Quid juvabit iis perficiendis temus noſtrum tribuere, quorum incertus admoum eſt eventus. Hic eſt, quod operationem uncce fructuoſum plurimi mecum negavent.

Poſſibilitatem rei conſiderantes, nunquid difcultatibus dictis ſuccurrere queamus, allaborare æpimus, at fruſtra longo tempore, donec tanem preces exaudire placuit ſummo bonorum mnium largitori; Vitra adornandi modum beigniſſime aperuit, talia, quæ etiam non lutata nis vehementiam abſque fractura perferre vant; Eadem & ratio Crucibulorum, & hæc ejus uritiei parare novimus, quæ Metalla in fluxu ontinuo ſervant; Spero jam ſucceſſus meliores, i Deus impediat.

Egregia præſtare poterit, Vitri Crucibulorumue fracturam nullam metuens, hâc ratione pro oluntate Metalla tractare, gradationes, fixatioeſque inſtituere valebit, adeoque ad maturitatem ebitam eadem reducere, ſimiliter ut Sol coctioe diutina immaturos fructus. Nullus enim cùm upturæ, effluxuſque metus eſt, ad optatum fiem materia in vitro, crucibuloque ſervari poeſt.

Utriuſque hujus inventi beneficio ea in Medicina

cina atque Alchymia effici poterunt, quæ antea factu impossibilia.

Non tamen est quod aliquis Secreti hujus divulgationem sollicitet, laboris sumptuumque quos summos impendi, habenda mihi ratio; Interim, ne mecum interitum sortiatur, Viris duobus, mihi amicissimis, id communicare volui addita, præter arcana plurima, succinctâ partis hujus secundæ Miraculi Mundi explicatione. Horum erit in honorem Dei, proximique commodum eadem usurpare. Non quidem ut fructus inde ad nos redundet, divitiis enim satis illi abundant, ego meis contentus vivo, verum ut in sustentationem pauperum unice cedat. Me quod attinet, nihil amplius aliis communicare constitui, deterrent me mores malevolorum, perfidorumque hominum, qui secreta quæ à me accepere, non solum ore, verum & scriptis, haud divulgare se velle, promiserunt. At promissi juramentique immemores, nil non publico exhibuerunt, ò nefandam infidelitatem! quæ ut magis pateat, in fine hujus tractatus sponsionis formulam apponam.

Potest tamen & alio modo ferrum gradatione in Aurum aut Cuprum mutari, ope nempe Spirituum igneorum (de quibus in Speciali tractatu, nondum luci commisso, ex professo egi) quos exhibet Sal petræ, Germanus Salis Artis nostri. Possibilitatem ut videatis. Exemplo rem declarabo.

Fiat

Fiat fulmentum ex Tartaro, Sulphure, & Sale
etræ,mixtis adde mineræ Cupri,Argenti,aut Au-
nondum ignis vehementiam expertæ, Sulphure
io, tingendi, gradationemque perficiendi vi pol-
nte, adhuc præditæ, partem octavam; Mixturæ
ß. aut ℥j. crucibulo pro unica vice impone, cru-
bulum hoc ſuppone vaſis Recipientibus furni
ſtri quinti, fulmento carbonem exiguum im-
ne, orificioque bene clauſo gradationem ferri
cuprum, aurum, aut argentum, pro diverſitate
ateriæ fulmento additæ obſervabis. Commo-
ſſime hic uſurpari poſſunt acus Chalybeatæ, has
pius in aurum omnino mutatas è crucibulo ex-
ixi.

NB. Cum auro gradationem qui inſtituere
idet vaſa Recipientia applicet neceſſe eſt, quo
lligantur Spiritus Auri volatiles. Exigua quan-
ate ſi quis contentus, non neceſſe eſt Reci-
entibus utatur, poterit poſteà de poſſibilitate
erationis jam rectior redditus, furnum ad eam
commodum exſtruere; Exſtrui eam curavi,
o hac æſtate operatio hæc amicorum in gratiam
tituatur.

NB. Quod ſi Metallorum bonorum copia non
ur, ne labor ſit irritus, eadem Spiritualia effi-
mus Sale petræ requiritur, antequam fulmini
lamus. Gradationis in aurum periculum facere
laceat, fulminis ℥j. addere poteris Auri fulmi-
ntis Spiritu urinæ, non lixivio præcipitati ʒj.
optime ea ſuccedet, modo rite procedas.

Ful-

Fulminis hujus ope Metalla omnia in Aur
Argentumve mutari possunt, verum id Cem
tum est Regale veterum Philosophorum, qu
pro arcano omni tempore reservarunt, solus
racelsus in Præfatione ad librum de Cement
quædam aperire voluit; Non est, inquit, q
ingredientia Cementi respicias, cementandi n
dus unicè considerandus, solus ignis qui ipsi in
vi figendi & gradandi pollet. Imò lib. de Vitr
lo, eadem ferè habet.

At inquiet aliquis, quid Cementum illud R
gale est, quisve id usurpandi modus? Pro secr
licet omni tempore habita hæc fuerint, ego tan
ultimis hisce temporibus omnibus eadem co
munico; Nullum sanè Metallum, quod nc
etiam absque alterius cujusdam vim gradation
perficiendi habentis additione, solius hujus o
aureum reddi queat, ut in opere nostro Satu
prolixè ostendimus; Haud tamen hæc opera
eo cum fructu instituitur, quam qua species gra
tionem perficientes cemento addit, possibilitat
ostendere sufficit. Plura hac de re videre licet
Tractatu de Spiritibus.

Ut verò Doctrina de Elia Artista à Parace
prædicto magis pateat, verba ipsa Paracelsi l
exhibere consultum judicavimus, sunt hæc
quentia.

P

# PH. THEOPHRASTI

Bombast, ab Hohenheim, Philosophi Monarchæ, Spagyrici Principis, Astronomi maximi, Medici Paradoxi, Arcanorum Mechanicorum Trismegistri

## LIBER

## DE

## TINCTURA PHYSICORUM

Contra Sophistas natos post Diluvium in seculo Domini nostri Jesu Christi Filii Dei.

### PRÆFATIO.

CUM tu Sophista, me tam fatuis ac mendacibus verbis ubique locorum vituperes, quod oriundus ex Helvetia rudi nihil intelligam aut sciam: item, quòd literâ unâ medico plus existens, ex una in aliam regionem vagabundus oberrent: ideo hoc tractatulo nescios & inexpertos palam facere mundo proposui, tum quid in primo sæculo bonarum artium exstiterit quid mea contra tuam, quidque tua contra meam artem valeat, & existimanda sit, & quî me posteri in sæculo gratiæ imitabuntur. Hermetem,

Archelaum, ac alios in primo ſæculo intuere, qu
les Spagyrici exſtiterint, quantique Philoſopl
Hoc ipſum teſtantur etiam eorum adverſarii, q
tui ſunt, ô Sophiſta, patroni, ſe idola potius h
adhuc tempore. Quamvis verò nec id per tuos p
tres Authenticos & ſanctos falſo reputatos for
atteſtatum: Antiqua tamen Smaragdina tabu
plus artis indicat & experientiæ cum in Philoſ
phia, tum in Alchimâ, Magiâ ſimilibuſque, qua
unquam à te catervaque tua tota doceri poteri
Si nondum ex præcedentibus intelligis, qui th
ſauri quantique ſint iſti, dic mihi, cur Prince
aut Rex nullus Ægyptios potuit ſubjugare? Tu
quare Diocletianus Imperator (quotquot ad ſu
manus pervenire poterunt) Spagyricos libr
comburi juſſerit? Niſi quid continuiſſent eoru
libri, dudum intolerabile jugum ſubire coać
fuiſſent, quale tibi Sophiſtæ collegiſque tuis i
collum aliquando irruet.

Hoc medio ſæculo Monarchia cunctarum a
tium ad me Theoph. Paracelſum, Philoſophia
Medicinæque principem tandem derivata eſt. A
hoc enim à Deo ſum electus, ut Phantaſias omn
excogitatorum & falſorum operum, putaticioru
& præſumptuoſorum verborum extinguerem, ſi
ea ſint Ariſtotelis, Galeni, Avicennæ, Meſue, ſ
ve cujuſcunque alterius eorum aſſeclæ placit
Theorica namque mea procedens ex luce natu
nunquam labefactari ob ſui conſtantiam, nec in
mutari poterit, ſed quinquageſimo poſt ſeſqu
milleſ

nillesimum octavo demum virere incipiet anno. Practica tandem sequens admirandis incredibilibusque signis comprobabitur, sic ut Mechanicis ac plebi communi palam futurum, & isti penitus intellecturi sint, quàm contra Sophistarum nugamenta constans immotaque stet ars Paracelsica: cum interim illa Sophistica Papalibus, & Imperialibus Privilegiis suas ineptias firmari ac muniri opus habeat. Quod autem à te Sophista mendicus & vagabundus habeor, pro me tibi Danubius atque Rhenus me etiam tacente respondebunt. Sæpius istæ perperam excogitatæ per te calumniæ contra me, Comitibus & Principibus multis, item civitatibus Imperialibus, ac Equestri dignitati, nobilitatique displicuere. Habeo namque thesaurum in quadam Fori Julii civitate Weiden dicta reconditum, in Xenodochio, quam nec tu Leo Romanus, nec tu Carolus Germanus tota substantia vestra persolvere potestis. Quanquam signata Stella in Arcanum nominum vestrorum lapsa, nulli, quam à divinæ Spagyricæ filiis cognita fuerit, Quare cum tu verminose pediculosque Sophista, Monarcham arcanorum ignarum, stuum & prodigum decoctorem existimes: meo jam sæculo honorificam in eis prosecutionem, virtutes ac præparationem illius Tincturæ Physicorum hoc libello palam facere volo, veritatis in amatorum utilitatem & honorem, & quo rarum artium contemptores ad egestatem redigantur. Hoc Arcano postremum sæculum, ut

gratiæ dono verique Spiritus munere illuſtrabitu
manifeſto, compenſabiturque, ſic, ut ab exordi
mundi ſimile germen intellectus & ſapienti
haud unquam auditum ſit. Interim vitium ſup
primere probos non poterit, nec multorum iſto
rum opes aut potentia erectis damno erit.

# DE TINCTURA PHYSIcorum, Philippi Theophraſti Paracelſi.

## CAPUT I.

DIco Philippus ego Theopraſtus Paracelſu Bombaſt, poſt gratiæ divinæ manifeſtatio nem ad Phyſicorum Tincturam varias quæſita eſſe vias, quæ finaliter omnes ad eundem ſcopun & finem pertigerunt. Hermes enim Triſmegiſtu Ægyptius juxta ſuam rationem opus hoc aggreſ ſus eſt. Orus Græcus eundem ſervavit proceſſum Hali quidam Arabs in ordine ſuo permanſit. Al bertus verò Magnus Germanus etiam prolixun eſt ſecutus proceſſum. Quilibet iſtorum pro mo do ſuo progreſſus eſt, nihilominus ad unum eun demque terminum pervenerunt omnes, videlice ad vitam longam, à Philoſophis tantopere deſide ratam, & ad honeſtam ejuſdem in hac miſeriarun valle ſuſtentationem & conſervationem. Hâc er go tempeſtate peculiaribus à Deo donis eg Theo

Theophrastus Paracelsus Bombast, Monarcha Arcanorum, dotatus sum, ad hunc nempe modum, ut summi hujus operis Physici quivis indagator imitari me ac sequi opus habeat, sive sit Italus, Polonus, Gallus, Germanus, sive qualiscunque fuerit & quis fuerit. Huc post me vos omnes Philosophi, nec non Astronomi & Spagyri, quantumvis alti nominis existatis. Ego vobis Alchymistis atque Doctoribus exantlatis à me summis laboribus, regenerationem illam corporalem ostendam, aperiamque. Docebo vos, Tincturam, Arcanum vel Quintum Esse in quo Mysteriorum omnium ac operum fundamenta latent. Etenim quisque fidem alteri potest ac debet adhibere solum in eis, quæ expertus per ignem est. Si quis præter hanc experientiam quid attulerit in Spagyricâ vel Medicinâ, haud est quod credas, cum in igne per experientiam verum separetur à falso. Lux naturæ siquidem ad hunc modum creata est, ut per eam uniuscujusque rei proba vel examen appareat, his tamen qui ambulant in eo lumine tantum. Ex ea luce docebimus optimis demonstrationibus, eos omnes, qui propriis phantasiis, acutisque speculationibus hanc provinciam tam difficilem aggressi fuerunt unquam ante me, suo damno fatuitatis suæ periculum fecisse. Quapropter ex meo fundamento multi rustici nobiles facti sunt: contrà per putaticiam & opinabilem illorum artem, rursum nobiles in rusticos transmutati, cum aureos in capite montes portarent, an-

tequam in carbones manus immisisset. Discendæ primum ergo digestiones, destillationes, sublimationes, reverberationes, extractiones, solutiones, coagulationes, fermentationes, fixationes, & omne, quod ad opus hoc instrumentum requiritur, cognoscendum est usu, prout vitra, cucurbitæ, circulatoria, vasa Hermetis, terrea vasa, balnea, furni ventales, reverberatorii, similesque alii, nec non & Marmor, carbones atque tenacula. Sic demum in Alchimiâ Medicinaque proficere poteris.

Quamdiu autem per phantasiam & opinionem fictitiis tuis libellis adhæresces: ad horum nullum aptus & prædestinatus eris.

## *De Definitione subjecti materiæque Tincturæ Physicorum.*

## CAPUT II.

PRiusquam igitur ad processum Tincturæ veniam, ejus tibi subjectum opus est, ut patefaciam. Hoc enim in peculiari semper hactenus occultatione servatum est à veritatis amatoribus. Est itaque Tincturæ materia quædam res (ubi me tamen juxta Spagyricum sensum intellexeris) quæ quidem ex tribus in essentiam unam arte Vulcani transit, aut manere potest. Verum ut eam intitulem tibi suo nomine juxta veterum usum Leo,

rubeus

rubeus à multis vocatus, paucis verò cognitus est. Hic per auxilium naturæ, nec non artem ipsius Artistæ potest in aquilam albam transmutari, sic ut ex uno duo fiant, supra quod aureus splendor Spagyro non ita relucet: Illa duo magis in uno servata lucent. Jam si Cabalistarum & veterum Astronomorum usum non intellexeris, à Deo minimè natus es ad Spagyricam artem, nec per naturam ad Vulcanicum opus electus, neque ut os in Alchimisticis aperias artibus, creatus es. Est itaque Tincturæ materia Margarita maxima, pretiosissimusque thesaurus, ac nobilissimum quod juxta manifestationem Altissimi nec non hominum considerationem in terris esse potest. Hoc est LILI Alchimiæ, & Medicinæ, quod Philosophi tam accuratè quæsiverunt: verùm ob defectum integræ cognitionis, & perfectæ præparationis ejus ad finem perfectum non perduxerunt. Per investigationes eorum & experientias, tincturæ tantum initium datum est nobis: at verum fundamentum, quod colligas imitari meos decet, mihi relictum fuit, sic ut nemo suas larvas nostris intentionibus immiscere debeat. Ego meritò post longas meas experientias, Spagyros corrigo, & falsum aut erroneum à vero separo, cum longis investigationibus repeterim ea, ob quæ justè diversa reprehendere queam, & immutare. Veterum si tamen experimenta meis excellentiora comperissem, tantos minimè labores assumpsissem, quos in gratiam, utilitatem, & honorem

proborum Alchymiſtarum omnium ſubii liber ter, &c. Cum ergo Tincturæ ſubjectum ſatis de claratum ſit, ut inter fratres duos vix fideli queat aut liceat præſtari: præparationem eju aggredi, & poſtquam primi ſæculi experientia poſui, meas etiam inventiones addere volo: qu bus quidem poſtremo Gratiæ tandem Sæculum adhærebit, quoſcunque interim ex tua Philo ſophiâ Sophiſta tu feceris Patriarchas, anteſi gnos.

## *De Proceſſu veterum ad Phyſicorum Tin cturam, & breviori per Paracelſum inventione.*

## CAPUT III.

SPagyri veteres Lili putrefecerunt per menſem Philoſophicum, & poſtmodum Spiritus hu midos ab eo deſtillârunt quouſque ſicci tandem elevati ſunt. Caput mortuum Spiritibus humidi iterum imbuerunt, & ab eo per deſtillationem ſæpius abſtraxerunt, idque tam diu donec ſicc prorſum elevati fuerunt. Indè poſt abſtractos humores & ſiccos Spiritus per Pellicanum ter aut quater ſimul univerunt, donec Lili totum in fundo ſiccum reſideret. Quamquam experientia prima proceſſum hunc ante fixationem dedit, nihilominus anteceſſores noſtri ſæpius eo votum perfectè

ectè ſuum aſſecuti ſunt. Breviorem tamen viam abuiſſent ad rubei Leonis theſaurum pervenien- i, ſi concordantiam Aſtronomiæ cum Alchimiâ idiciſſent, prout eam in Hermetis Apocalypſi emonſtravi. Cum vero dies quilibet (ut Chri- tus loquitur in fidelium conſolationem) pro- riam ſuam curam habeat. Spagyris ante mea empora labor fuit ingens & gravis, qui jam au- ilio S. Spiritus affluentis poſtremo ſæculo, meâ heoricâ nec non Practicâ ſublevabitur atque de- larabitur, illis omnibus qui ſuis in operibus cum atientiâ conſtantes perſeveraverint. Ego nam- ue naturæ proprietate expertus ſum, eſſentiaſ- ue & conditiones, ejuſque novi conjunctionem, què benè ac reſolutionem: quod ſummum & aximum eſt in Phyſico, nunquam Sophiſtis co- nitum hactenus.

Cum ergo primum ſæculum Tincturæ primam ederit experientiam, ex uno ſimplici duo Spagyri cerunt. Verum cum id inventum medio ſæculo oſtea periiſſet, eorum ſucceſſores diligenti per- crutatione, poſtea in illius ſimplicis nomina duo ciderunt, idque nominarunt unico vocabulo, empe Lili, tanquam Tincturæ ſubjectum. Tan- em imitarores naturæ materiam hanc (non ſecus c in terra ſemen) tempore ſuo putrefecerunt, um ante corruptionem hanc nihil ex eo naſci, ec Arcanum aliquod erumpere poſſet. Poſtea piritus humidos abſtraxerunt à materia, donec indem ignis violentia ſicci pariter ſublimati fie-

 rent,

rent, ut hac via, non aliter quàm rusticus ex anr tempore, pervenirent ad maturitattm, prout u num post aliud ascendere solet, ac decidere. Po stremo, veluti post Ver Æstas prodit, fructus illc & siccos Spiritus incorporarunt, & Magisteriur Tincturæ perduxerunt eo, donec ad messem deve niret, ac ad maturationem se disponeret.

## *De Processu per Paracelsum ad Physicorum Tincturam abbreviato.*

## CAPUT IV.

TAM prolixo labore, tædiosaque reiteratic ne Spagyri veteres non indiguissent, si e Scholâ mea suum opus didicissent & fuissent ag gressi: votum æquè benè suum assecuti fuissent impensis laboribusque longè minoribus. Hâ tempestate verò qua Theophrastus Paracelsus Ar canorum advenit Monarcha, inventionis tempu est præ manibus, quæ Spagyris omnibus ante m fuit occulta. Quapropter dico: tantum rosei co loris à Leone sanguinem accipite & ex aquila glu ten: quæ postquam simul conjunxeritis, juxt veterem coagulate processum. Tincturam habe bitis Philosophorum, quam infiniti quæsiverunt inveneruntque paucissimi. Velis nolis tu Sophi sta, Magisterium hoc est in ipsa natura, Magnalé que Dei supra naturam, atque thesaurus in ha miseria

iſeriarum valle pretioſiſſimus. Extrinſecus ſi
icias, videtur eſſe vile quid, aliud in multò no-
lius quàm fuerit antea, transmutare. Miracu-
lm tamen id eſſe à Spagyro productum eſt, quod
tiare, nec non fateare: qui ſuæ præparationis
te, vile corpus extrinſecus viſibile corrumpit,
quo nobiliſſimam aliam & prætioſiſſimam eſ-
tiam excitat. Si tu pariter aliquid ex Ariſtote-
o lumine didiciſti vel noſti, aut ex Serapionis
gulis, prodi huc, & in lucem idipſum profer Ex-
rientiâ. Scholarum jus, ut honoris amatorem
que Doctorem decet, nunc ſerva. Si verò nihil
s aut efficere vales: cur tu me tanquam Helve-
am vaccam irrationabilem contemnis, & va-
bundum circulatorem criminaris? Ars eſt altera
tura, munduſque peculiaris, ut experientia con-
te, nec non idola tua teſtatur atque demon-
t. Quædam igitur ſimplicia interdum compo-
Alchimiſta, quæ poſtquam juxta ſuam cor-
npit neceſſitatem, aliud inde præparat. Sic e-
n perſæpe ex multis poſtmodum unum fit:
od plus efficit, quàm ipſa natura per ſe poſſet,
in Gaſtayno apertè ſatis pater, ex Saturno Ve-
rem fieri: tum in Carinthia, ex Venere Lunam:
n Hungaria, ex Luna Solem, ut interim ta-
m de tranſmutationibus aliis rerum natura-
m, Magis ſatis cognitis, quæ mirabilius quàm
vidius in ſua Metamorphoſi narrat, prodeunt in
em. Rectè me ut intelligas: Leonem tuum in
iente quæras, & Aquilam ad Meridiem in
 aſſum-

aſſumptum hoc opus noſtrum. Inſtrumenta n-
liora non reperies quàm Hungaria, nec non I-
ſtria producunt. At ſi cupias id ex Unitate r
Dualitatem, in Trinitate cum æquali permu-
tione cujuſque deducere: tum iter ad Meridi
dirigas oportet, ne in Cypro votum conſeque
omne tuum, de quo fuſius minimè differend
eſt, quam in præſentia declaratum fecimus. A-
canorum iſtorum, quæ tranſmutationes ex-
bent, adhuc plura ſunt, etſi paucis cognita: c
licet alicui manifeſtentur à Domino Deo, n
propterea ſtatim erumpit artis hujus rumor,
Omnipotens cum ea dat intellectum, hæc & a
celandi pariter, uſque in adventum Heliæ Artiſ,
quo tempore nihil tam occultum erit quod n
revelabitur. Videtis etiam oculariter (quam
loqui de his minimè ſit opus, quod in irriſion
ab aliquibus aſſumi poſſet) in Sulphuris Igne n-
gnam Tincturam eſſe gemmarum, quæ quid
eas ſublimius exaltat, quàm ipſa natura per ſe
leat. Verum iſta gradatio Metallorum & ge-
marum à me hoc loco relinquetur, cum de ea ſ
in arcanis arcanorum, in libro de Vexationib
Alchimiſtarum, & in aliis abundè ſcripſeri.
Anteceſſorum noſtrorum proceſſum de Tinct-
ra Phyſicorum ut incœpi, jam perfectè conc-
dam.

## *De Concluſione Proceſſus Veterum à Paracelſo facto.*

## CAPUT V.

POſtremo Spagyri veteres, Lili pellicanatum ſiccatumque, ignis ordinata quadam augmentione tamdiu fixarunt, quouſque à nigredine ixta colorum omnium permutationem, rubeum iſtar ſanguinis fieret, & cum ea Salamandræ onditionem indueret. Rectè quidem ab eis tali bore proceſſum fuit, ac ad eundem modum, iam unumquemque Margaritam hanc ambienem, procedere æquum eſt, ac decet. Hunc tibi larius declarare, mihi difficillimum erit, niſi diiceris in Alchimiſtarum Scholâ gradus ignis obervare, vaſa quoque tua mutare. Tum demum nim videbis, mox atque Lili tuum in Ovo Phyco fuerit excalefactum, admirandis apparitionius corvo nigrius fieri: Cygno poſtmodum ſuceſſu temporis albius: & poſtremò tranſiens per avedinem, ſanguine quovis magis rubeum evaere. Quærite, quærite, primus ait Spagyrus, & nvenietis; pulſate & aperietur vobis. Impium inecorumque foret avi tam perfidæ cibum in os poere. Ipſa potius adhuc volare ſinatur, prout go cum cæteris ante me facere coactus fui. Veam igitur artem ſequere. Hæc enim in perfe-

ctam

ctam ejus cognitionem te ducet. Non est, quo amplius aut clarius hîc apponatur quidpiam quam antea dixerim. Doceant Pharisaicæ Scholæ tu te quicquid volent ex instabili suo labilique fun damento, quod suum terminum aut scopum nc attigit. Ubi tandem Alchimisticam industriam accuratissimè quam fieri potest, edoctus fueris nihil tum demum in rerum natura tam diffici futurum est, quod non artis hujus auxilio tibi ma nifestum esse possit. Natura siquidem ipsa nihil i lucem edit, quod in summam sui perfectionem sit adductum, prout hoc loco videre licet ex uni tate vel unione dualitatis nostræ: Verum hom Spagyricis præparationibus id eo perducere de bet, quo per naturam ordinatum fuit. Hæc d processu veterum, & meâ correctione Tinctur Physicorum, quod ad præparationem ejus attinet à me satis dicta sint hactenus.

Porrò cum nunc Ægyptiorum thesaurum istum in manibus habeamus, est, quod eum in utilitatem nostram convertamus: quæ dupliciter ex Spagy rico Magisterio nobis offertur. Priore modo, pro ut ad renovationem corporis applicari potest: po steriore vero, prout in transmutationem Metallo rum adhibenda est. Cum igitur ego Theophrastu Paracelsus utrumque diversimodè sim expertus juxta signa quidem operis, ac prout in experienti probaque mihi melius & perfectius apparuerunt eadem describere volo proponereque.

## *De Transmutatione Metallorum per Medicinæ projectionem.*

### CAPUT VI.

SI Tinctura Physicorum in transmutationis usum venire debeat, ejus primo libra super Solis fusi libras mille projicienda est. Medicina tum demum præparata fuerit, ad leprosum humorem Metallorum transmutandum. Admirandum hoc opus in luce naturæ est, videlicet Spagyri Magisterio seu operatione Metallum perire quod prius erat, aliudque fieri. Aristotolem illum id cum sua malè fundata Philosophia fatuum reddidit. Rustici quidem in Hungariâ, cum ferrum suo tempore projiciunt in fontem quendam vulgari nomine Zipferbrunnen/ in ferruginem id consumitur, quæ follibus & igne liquefacta, mox pura Venus existit, quæ nunquam in ferrum amplius redit. Similiter in monte Cuttenberg / vulgariter nuncupato, lixivium ex Marchasitis colant, in quo ferrum illicò in optimam Venerem transit altè graduatam, & malleo tractabiliorem altera naturàli. Hæc & similia plura simplicibus magis hominibus quàm Sophistis cognita sunt, quæ Metalli speciem unam in alteram transmutant. Quæ tamen propter insignem ignorantium contemptum, velut & ex parte propter artificum justam

ſtam invidiam abſcondita ferè manent. Ego quidem in Iſtriâ Venerem ultra 24. gradus. (al. 38. ſæpius adduxi, ſic ut Solis color altius aſcender nequeat, conſtantem in Antimonio vel in quar tali, quâ quidem uſus ſum in omnibus, ut a liis.

Quanquam autem veteres Artiſtæ fuerint hujus Arcani percupidi, ſummaque diligentia quæ ſiverunt illud, nihilominus pauciſſimi juxta perfectam præparationem ad finem ſuum id produ cere potuerunt. Multas namque difficultates 8 & obſtacula Metalli minoris in melius tranſmutatio ſecum adfert, prout Jovis in Lunam, au Veneris in Solem. Magnalia naturæ multis hominibus occulta eſſe Deus fors voluit propte peccata. Nam cum aliquoties ab Artiſtis Tinctura hæc jam præparata eſſet, ipſique projectionem in effectum deducere non poſſent, accidit, ut ex eorum incuriâ cuſtodiâque malâ illa à gallinis comederetur, quibus deinde plumæ deciderunt, ac, ut ipſemet vidi, rurſum creverunt. Hac via tranſmutatio per abuſum ex negligentiâ Artiſtarum in Medicinam & Alchimiam venit. Cum enim ea Tinctura, nempè juxta ſuum deſiderium, uti minimè poſſent, eandem ad renovationem hominum converterunt, ut ſeq. capitulo nunc latius audietur.

## *De renovatione hominum.*

## CAPUT VII.

) Hyſicorum in Ægypto primorum aliquot, ac priſcorum per hanc Tincturam annos centum : quinquaginta vixerunt. Item vita multorum l aliquot ſæcula producta prolongataque fuit, cout habetur in diverſis hiſtoriis apertiſſimè, uod nemini fermè credibile videtur. Ejus namue vis tam admirabilis exiſtit, ut corpus longius 'oducat quàm agnatæ naturæ poſſibile ſit, ac in gradu id firmiter cenſervat, adeò, ut ab omniis infirmitatibus tutum vivat. Et licet ſenectam uidem habeat : apparet tamen nihilominus ut primævâ juventute conſtitutum.

Eſt itaque Tinctura Phyſicorum Univerſalis ledicina, morbos omnes inſtar ignis inviſibilis, iomodocunque illi denominentur conſumens. oſis ejus eſt exigua valdè, ſed operatio potenſſima. Per eam à me curata Sanataque ſunt Lea, Lues venerea, Hydropiſis, Caducus, Colica, utta, ſimileſque morbi : Lupus item, Cancer, 'oli me tangere, Fiſtulæ, nec non genus morbom internorum, & certius quidem quàm credi ſit : cujus etiam teſtimonium exhibebunt Geriania, Gallia, Italia, Polonia, Bohemia, &c. ſat amplum.

Jam tu Sophiſta reſpice Theophraſtum Para-

celſum, quinam tuus Apollo, Machaon & Hippocrates Phyſicorum, propter quod vitam longam proſecuti ſunt omnes Phyſici, ad reſiſtendum morbis, & per hoc univerſale id maximè conſecuti ſunt & efficaciſſimè, juxtaque ſuum arbitrium Tincturam Phyſicorum nominarunt. Quid enim in totâ Medicinâ majus eſſe poteſt, quàm ejuſmodi corporis mundatio, per quam ab eo ſuperfluitas omnis à radice prorſum tollitur, ac transmutatur? Sanato namque ſemine, perfecta ſunt omnia. Quid prodeſt Sophiſtarum peſſimè fundata purgatio, cum nihil ejus tollat quod auferre debet? Quapropter excellentiſſimum veri Medici fundamentum eſt, Regeneratio naturæ juventutiſque reſtauratio: poſtmodum eſſentia nova ipſa totum hoc, quod ſibi adverſatur expellit. Ad iſtam regenerationem, vires atque virtutes Phyſicorum Tincturæ mirabiliter inventa ſunt, & uſque ad tempus à Spagyris veris uſitata ſecreto, nec non abſconditæ.

## *De Vitriolo.*

GEnerat Natura Salem, Vitriolum dictum. Hoc genus peculiare eſt, à cœteris ſalibus ſeparatum, diverſas etiam à cœtero Sale virtutes poſſidens. Virtutes ejus tot & tam inſignes ſunt, ut omni jure hoc in libro deſcribendæ ſint. In Vitriolo enim latet perfecta ſanatio icteritiæ, are-

nula

nularum, calculi, omnium febrium, vermium, caduci, &c. Et in constipationibus corporis est deoppilativum insigne, ut virtutes alias taceam, deinceps hoc capite enumerandas. Descriptio ejus dirigenda etiam est ad Medicinam & Alchymiam. In Medicina enim est remedium præstans. In Alchymia ad multa alia prodest. Ars autem Medicinæ & Alchymiæ in præparatione consistit Vitrioli. Crudum enim tale non est. Id simile est ligno, ex quo omnia sculpi possunt. Prodest ad Medicinam corporis, prodest in Chyrurgia seu morbis externis, velut *Psorâ, Serpigine, Leprâ hæreditaria*, & aliis, ubi cætera remedia nihil operantur, & ad morbum quasi mortua sunt. Hujusmodi mala Vitriolum vi aggreditur & ex fundamento curat. Vitrioli ergo præparatio recta Medico cumprimis noscenda est. Virtutes enim alias habet crudum, alias in aqua solutum, alias *Calcinatum*, alias in *Oleum viride* aut *rubrum* aut *album clarum* mutatum. Ejus conditio hæc est, ut quoties in aliam formam & essentiam reducatur, toties peculiare arcanum fiat. Hoc omnes Pharmacopœos & Scriptores, tam Italos quàm Germanos confundit. Talis enim hæc pars est, quæ sola per se ex quartâ parte & officinas compleat, & morbos curet. Hoc præsente non opus est tot pyxidibus, scatulis, ollis, vitris, &c. ex ordine in officinas dispositis: in quibus tamen omnibus mera adulteria continentur. Et curandum est Medico, ut non tam multas pyxides aut remedia

transſmarina habeat, quàm providus & prudens, ac inſtar virginis circumſpectus ſit. Hoc ſi facit, ante pedes ſuos, plures theſauros invenit, ad omnes morbos, quàm vel India, vel Ægyptus, vel Barbaria & Græcia promere poſſint.

Hanc baſin Medicus ſequatur. Jam enim etjam quadratis ruſticis notum eſt, in illis pyxidibus & ſcatulis meras fraudes contineri. Quæ ut plærunque ligneæ ſunt, ita lignei ſunt etiam illi Doctores & ſeplaſiarii: ut ſimile ſimili conveniat.

## *De Speciebus Vitrioli.*

VItrioli ſpecies multæ ſunt. Evariant enim ſecundum numerum fodinarum. Probatio ejus eſt, ut cuproſum ſit ſuper ferrum. Sed hæc non vera. Genuina probatio eſt, ut crudum uſurpetur contra vermes, eo modo, quem jam explicabimus. Prout vermes expellit, ita in Medicinâ præſtans eſt. In Alchymia probatio altera per cuproſitatem magis valet. Sed & hæc probatio eſt. Quod Vitriolum ferrum mutat in cuprum, idque celeriter, ſummeque gradatum, & ſub malleo molle: id in Medicina ac Alchymiâ melius eſt. Ferri enim & Vitrioli conjunctio eſt, ut Vitriolum ex ferro cuprum faciat, bonum & præſtans. Ex optimo Vitriolo optimum cuprum fit. Et nemo admiretur, ex ferro fieri cuprum per Vitriolum. Nam & hæc in naturâ virtus eſt, ut

Boracis

Boracis aqua ex plumbo argentum vivum faciat. Sed & hoc usus dictat, quod Cachimiæ cætera Metalla transmutent in alia, non secus ac Vitriolum mutat ferrum in cuprum. Nec enim Vitriolum tantum unius Metalli in alterum transmutator est: sed & alia & quidem super singula Metalla. Quod vero non omnia sciamus, in causa sunt Sophistæ, qui artes culinis & loculis impendunt. In Hungaria fluvius est, ex Vitriolo natus, seu per se Vitriolo constans, in suos lapillos minimè coagulato. Quodcunque ferrum debito tempore illi imponitur: illud rubiginem vertit. Rubigo illa si per fornacem fusoriam mittatur, illico fit cuprum purum constansque, nec ad suam naturam convertibile. Jam vero Vitriolorum Mineræ per Germaniam infinitæ inveniuntur, quæ seorsim omnes describi minimè possunt: Prædictæ tamen probationes tàm in Medicinâ, quam Alchymia adhibendæ sunt. Præterea probatio (minime tamen in Medicina utilis, sed in Alchymia) hæc est, si Colcothar de Vitriolo ex seipso per ignem cuprum deponit seu profert. Tale cuprum si obtingit, tunc Vitriolum in Medicina ignavius in Alchymia autem fortius est. Sunt autem etiam expendendi colores. Quod undiquaque cœruleum est, nullo alio colore perfusum, id tam præstans in Medicina non est, ac est id, quod rubris & flavis lineis distinctum aut obductum est. Quod in aëre vergit ad albedinem, efficax est ac idoneum ad viride, & album oleum

Vitrioli: quod vergit ad rubeum & flavedinem: id præstantius est ad oleum rubrum. Nihil ergo amplius, quàm quod per probationem suggeritur, de speciebus Vitrioli dicendum est. Illa utatur quilibet Medicus & Alchymista ad id, quod intendit. Probatio verò nec ista fallax est, si gallis seu pomis quercuum additum, bonum atramentum dat. Et hoc omnibus usui est. Quod autem atramentum aquosum dat & multis additamentis eget, adeò bonum non est.

## *De virtutibus Vitrioli in Medicina: Et primum de crudo & Colcothare.*

IN explicandis Vitrioli virtutibus, initiò dicam de viribus vitrioli crudi & ejus Colcotharis. Sciendum ergo, vitriolum insigne esse purgans, in gravibus & difficilibus morbis stomachicis. Fit enim interdum, ut à cibis potibusque stomachus infirmetur, & in diuturnum morbum incidat, qui usque ad mortem duret, & hoc à pravis cibis sæpè fit, ut post longos morbos ægri interdum aut contracti fiant aut moriantur.

Per viam militarem ex immoderatione frequenter etiam accidit, ut prunellæ, febres, dysenteriæ, & alia oriantur. In his morbis omnibus summum est præstantissimumque remedium purgatio per vitriolum, quod rectè & allegoricè vocita-

citarunt Gryllum. Dosis ejus est, quantum sexies cuspide cultri capere potes. Id si non operatur, eandem dosin itera. Si nedum, tertiò quoque dosin repete. Ita sufficiet. Infirmo præbeatur in vino aut aqua: Sed robusto, & durioris alvi homini detur in vino sublimato. Ita datum radicitus expurgat per superiora & inferiora. Insigniter quidem purgant etiam *Helleborus*, *Cataputia*, *Esula*, *Colocynthus*, *&c.* non tamen æquis cum vitriolo viribus. Causa rei hæc est. Inest ei acetositas, quæ conjunctam habet acuitatem & acrimoniam ac detersionem, à qua salsa acetositate operatio plenam & perfectam vim sortitur, quam nec Elleborus, nec colocynthis, &c. habet. Purgationis enim natura seu ratio duplex hîc est. Una purgat per se. Altera purgat ex salsitate. Præsto ergo hîc geminæ virtutes sunt, cum in Elleboro sit tantum unica. Et in salsitate latet forma specifica, ac natura talis, ut ob eam vermes, quicunque attinguntur, moriantur. Et vis ea singularis est, quæ vermes aggreditur: quod prædictorum nullum facit. Itaque cuilibet per se evidens est, quod purgans, quem acetositatem in se & salsedinem una cum virtute laxativâ habet, exquisitè detergat, evacuet, & expurget, modo & ratione duplici. Ideoque ad morbos corporis internos duplo nobilius & præstantius est cæteris purgantibus omnibus. Quoniam ergo naturam vitrioli ad longum vobis declaravi: opus non est, ut ipsos etiam internos morbos, ad quos vitriolum confert,

explicem. In genere tamen purgatio ejuſmodi in omnibus ventriculi vitiis, item in caduco & verminatione utiliſſima & tutiſſima eſt, ſi pro conditione temporis morbi, perſonæ, &c. uſurpetur.

De *Colcothare* verò ſciendum eſt, intrò ipſum ſumendum non eſſe, ſed morbis ſaltem Chirurgicis applicandum, nempè in ulceribus putridis, quæ ſanationem non admittunt. His enim ad ſanationem viam ſternit. Morbi tamen Chirurgicales multiplices ſunt, graves, maligni, peiores, peſſimi. Contra peiores & peſſimos Colcothar non facit, ſed tamen contra eos, qui in primo gradu conſiſtunt. His ergo adhibendum eſt. Ad peiores & peſſimos uſurpandum ejus eſt oleum, ſecundum gradum mali & olei. Hujuſmodi ulcera omnia, quotquot eorum ſunt, per vitriolum curantur. Secundum gradum autem, uſus ejus eſt, ut in bonum Colcothar reducatur, quod cum aceto aliquoties extinguatur, & aridum inſpergatur ſeu permiſceatur Emplaſtro alicui, quod ad malum medico idoneum eſſe videbitur.

Ita facit Eſcharam: quâ per pinguedinem liberatâ, facilis & bona curatio ſequitur. Quod verò curationem hanc effugit, de eo ſic judicabis, plus veneni adhuc ibi lateſcere, quod oleis deinceps applicatis exquirendum ſit, cum baſis ulceris per Colcothar ſufficienter emendari non poſſit ad ſanationem integram. Quod ſi vitriolum crudum in aceto reſolvatur, & cum Colcothare inſpiſſe-

tur

r in pulverem, & ita applicetur, cito fundum ceris exterget, multo potentius, quàm de Colcothare dictum est. Ipsum autem in Colcothar ducendi producendi processus iste optimus est, extrahatur ejus aqua, & eâ imbibatur caput ortuum, donec absumatur. Postea sensim in re siccetur. Hoc si usurpetur, melius fundaentum ulceribus inducit. Quicquid verò agas, tendes ad gradus ulcerum & serpiginum, &c. uorum quicquid non sanescit, id aggredere serato ejus oleo & aquâ, de quibus deinceps. Etsi erò Colcothar spei non respondeat: ob id tamen curâ desperandum non est, sed cogitatio incun- de correctione in destillando. Præparatione amque Medicina ad summum gradum evehitur, ò usque, ut ulcerosa omina persanet, ut Lupum, ancrum, & similia. Hæc fusius explicantur eo co, ubi de præparatione eorum pertractatur.

## *De Aquis Vitrioli in Corporis & Chirurgicis morbis.*

ALchimia Medicis multas excellentes artes prodidit, quibus admirandæ multorum morborum sanationes factæ sunt. Hac de causa etiam initio Medicinæ Medici Alchymiæ semper oeram dederunt, quod hæc multorum commoorum mater & genitrix esset. Geminæ hæ faltates, ut sociæ, una tamdiu excultæ fuerunt,

 donec

donec nugatores & Sophiſtæ humorales ſurge rent, qui venenum Medicinæ permiſcuerunt eamque meretriciam fecerunt; qualis Medicin etiam manet, quamdiu Humoriſtæ ſuperſun Hæc eò profer, ut deinceps ad hoc caput eò dili gentius attendatis, propter inſignem ejus utilita tem medicam. Sed hoc præmittendum eſt. Quo cunque irruunt in artem quampiam imperiti ho mines, ibi omnia quoverſum fœdant & corrum punt, & ex Margaritâ faciunt fœdam paludem Idem etiam in vitriolo commiſſum eſt. In initio vitrioli ſpiritus exceptus ad ſummum gradari ſo litus eſt. Hoc exaltato caducum perſanârunt, ſiv is recens ſive antiquus eſſet, in viris & fœminis cujuſcunque conditionis eſſent. Sed hîc imperit Laboratores irruentes, viam meliorem ingreſſuri tentârunt vitrioli virtutes aliò reducere: adeoque à primâ viâ & arcano deficientes, illud expirare ſiverunt, ac deinde oleum quæſiverunt in Colco thare, quod nullo modo fieri poteſt, aut uſum habet. Quicquid enim caducum auferre debet Spiritum ſubtilem, acrem, & penetrabilem habere debet.

In eo enim conſiſtit facultas totum corpus pervadendi, & nihil quicquam prætereundi. Pervaſione ſeu penetratione eâ morbus in ſuo loco oppugnatur. Certò enim ac indubitato ſedes ipſius, ſeu centrum aut periodus, unde egreditur, ſciri non poteſt. Hinc colligitur, medico illiuſmodi ſaltem remediis opus eſſe, quæ totum corpus pene-

penetrent. Et hæc causa est, cur sordidi Humoristæ nullum sanent, sed omnem suam doctrinam & professionem prostituant. Liberè ergo affirmo, in oleo illo, quod laboratores illi quæsiverunt, spiritum planè nullum penetrantem esse. Mera terrestreitas (*ut ita loquar*) ab illis subditur, quæ longius non pervadit. Quo enim cadit, ibi jacet. Dolendum ergo est, imperitiâ illâ processum verum oppressum, & in ejus locum falsum suffectum esse. Mihi autem persuasum est, Diabolum id molitum esse eo fine, ne salus ægrotis accuraretur, & Humoristarum secta subindè potentius emergeret.

Sed recurramus ad principium, quomodo spiritus vitrioli inventus fuerit. Spiritum vitrioli humidum initiò per se a Colcothare destillarunt: deinde gradum ejus intenderunt per se distillando & circulando ad summum, sicut processus docet. Hoc modo cœpit aqua usurpari ad varios morbos, tam internos, quàm externos, velut etiam ad cancrum. Ita sanatio miraculosa præstita est. Sed in extractione multo diligentiores fuerunt. Sumserunt enim spiritum vitrioli, ut supra correctum & illum de Colcothare destillarunt, octies vel decies igne fortissimo. Ita Spiritus sicci humidis permiscebantur. Opus urserunt tamdiu, donec spiritus sicci exirent, continenter & jugiter extrahendo. Postea utrumque spiritum tam humidum quam siccum, in *Violam* conceptum una ad suum terminum gradârunt. Hanc Medicinam

adverſus morbos multò majoris operationis ei
deprehenderunt, tantumque ea medelâ impetr
runt, ut Humoriſtas in univerſum omnes confu
derent. Addita tamen ei eſt nonnulla correct
ab Artiſtis, per vinum ſublimatum, melioris p
netrationis ergo. Sed ea majoris gradus reddi
non eſt.

Sed communicabo vobis proceſſum meum
quem univerſis Medicis commendo, cumprim
ob caducum, quæ ſolam in vitriolo curam habe
Qua cauſa & nos eo diligentiorem in morbo c
ram inſtituere, charitas proximi requirit. Pr
ceſſus autem meus eſt, ut ſpiritus vini à vitrio
imbibatur, & poſtea deſtilletur, ut dixi, à ſiccis
humidis ſpiritibus. Hoc facto comperi additic
nem ſequentem valdè utilem eſſe, ſi Spiritus ta
tari correcti admiſceatur ad vitrioli partem te
tiam, addaturque Spiritus Aquæ Theriacal
Camphoratæ, partæ quinta reſpectu ſpirituu
vitriolatorum. Ita ægris miniſtretur ante Pa
roxyſmi inſultum aut aliquoties in die. Hæc Me
dicina inſignem adverſus morbum hunc effica
ciam præſtat, ut meliorem ab ipſa natura opta
non liceat. Primus itaque proceſſus à veteribu
inventus retinendus eſt, cum dicta correction
Ita enim naturæ cor & virtus omnis attingi
tur.

Spero autem me probis omnibus haud impro
batum iri de morbi hujus atrocitate cogitantibu
quæ etiam movere ad commiſerationem lapider
poſſe

pesset. Cum ergo morbi illius tanta vehementia & atrocitas sit, an non dicere alicui ita liceat: Maledicti sint omnes Medici, qui prætereuntes ægris nullam opem ferunt, instar Sacerdotis & Levitæ in Jericho, qui vulneratum deserentes, Samaritano eum tractandum reliquerunt. Tu quæso in hac sententiam ferto, quanta damnatione digni sint vel fuerint Sacerdos & Levita in eo, quod nasum (*ut dicitur*) obturantes præterierint? Digni fuerunt igne gehennæ, in quo nulla est redemptio. Et quis fateatur aliud, quàm Medicos illos omnes, nullo excepto, morbum illum adspicere, præterire tamen naribus obturatis? Quis aliud dicat, quàm eos in novissimo die judicatum iri? Universi illi vix manum verterent, aut denarium unum impenderent eo, ut fundamentum certius ad morbum hunc curandum assequerentur. Quod si non ex compacto Levitæ ac Sacerdotes essent, sed Samaritanum potius æmulari studerent: non faceret utique Deus, quin ob fidelitatem eorum secreta naturæ omnia manifestaret, quibus ægro subvenirent. Et licet eæ vires in Natura sitæ non essent: de novo tamen easdem crearet. Una ergo vobiscum testor, ô nobiles & ignobiles viri, quod Doctores universi fœdè deviant. Quicquid seductor Galenus, Avicenna, &c. nugatur, in eo hærent, & mendaciis illis immoriuntur. Tantopere à Diabolo obsessi sunt, ut charitatem erga proximum exercere non possint, adeoque damnationis filios se faciant. Hoc ipsorum

ipſorum unicum ſtudium, hoc molimen eſt I-
mo omnium regnum Dei quærendum eſt : n
tamen apud Levitam aut Sacerdotem , ſed ap
Samaritanum.

Si miſericordes ſumus , & Samaritani exe-
plum ſequimur : Deus nobiſcum eſt, qui eti
nondum creatum remedium in naturam ill
conferet. Interim cum Leviticè & Sacerdotali
cum ægris converſentur : Medicinam Deus c-
fert, & ſibi reſervat. Ægri evolant ad regnu
Dei, Medici verò ab abyſum inferni, Doctorib
ejuſmodi Leviticis paratum. Oculos ergo veſtr
aperite. Via duplex eſt. Una ducit ad infernu,
quam ſectantur Levitæ : altera ad Cœlum , q
Samaritanus incedit.

Vitriolata illa extractio & arcanum non ſalt
in caduco præſtans eſt , ſed etiam ſimiliter in ſp-
ciebus ei ſimilibus : ut in Syncope, in Extaſi, &
Eodem etiam modo in omnibus opilationibus
internis Apoſtematibus, &c. In ſuffocatione i-
dem & præcipitatione matricis. Multo aut
plures prædictis virtutes reperirentur, ſi majore
diligentiam inquirendo illi impenderent , & M-
dicos ſe meliores miſſos facerent. Sed obſe
eos Diabolus, cui ſerviunt , quique eos incitat,
nullum veritatis amantem ferre poſſint. Ita
ſalute bonorum actum eſt.

Porrò autem ſciendum eſt , Recepta prædic
de Spiritu vitrioli humido faciendo clarius deſc-
bi non poſſe. Requiritur enim ad intelligendu
eu

um Artista. Sordidi illi coctores rem tanti monenti minimè intelligunt. Ab Artistis ergo, Alhymistisque Laboratoribus sufficientem oanium informationem expectabitis. Sic etiam e correctione Spiritus vini ab iisdem plenius intruemini. Academiarum enim Doctores usque deò rudes sunt, ut vix Agaricum & Mannam iscernere possint. Hujusmodi asini & fungi crentur Doctores. Sic etiam aqua Theriacalis in ractica mea continetur, in capitulo de cura cauci. Hujus generis si quæ alia sunt, hîc recenri non debent. Ex hoc capitulo discite, artem virtutem omnem vitrioli in hoc consistere, ut piritus vitrioli probè extrahatur, & ad summum radetur, & per additionem in penetrationem educatur, quo centrum, radix & semen morbi veniri possit. Impossibile enim est, loca tam xquisitè invenire, ac de suis humoribus Doctores li nugantur. Nedum enim fundamentum inentum est, quidnam morbum faciat, aut ubi is aceat, quidve sit id, quod hominem in tam graem Paroxysmum conjiciat. Operatio ergo onnis soli arcano, quod natura ad morbum direxit, ommittenda est. Arcanum id morbum inveiet, sicut Sol omnes mundi angulos penetrat. Ut ummatim dicam, quisquis verum agere Mediumn satagit, is omnium primo hoc studeat, ut amaritanus sit, non Sacerdos aut Levita. Si Saaritanus: omnia ipsi dabuntur, quibus opus t, nec quicquam ei abditum aut occultum erit.

Qui

Qui primo Sacerdos aut Levita esse vult: ei nih
nisi infidelitas dabitur, quam ipsi etiam antè ha
bent. Sic talio ipsis rependitur.

## *De Oleo Vitrioli rubri.*

PORrò jam scitote, quomodo ex Colcotha per Retortivam destillationem, modo Alchy mistico, à vitriolo oleum paretur cruentum acetosissimum. Hoc oleum Laboratores ipi spiritu in morbis prædictis efficacius judicârun sed falso Processus præparandi vulgatus est, n hîc describendus. Momentum enim omne in perâ manuali situm est & in diligenti inspection denique in idoneis instrumentis. Cæterum virtutibus sciendum est, primò, rem eam acetc sam esse, omnem acetositatem ita superantem ut nulla acetosior sit. Deinde naturam etiam co rosivam continet: qua de causa opus est, ut prc vide & caute usurpetur, nimirum non per se sed i bona concordantia & idonea mixtura respicien id, contra quod adhibetur. Exemplo rem doc bimus. Tyrus est serpens venenosissimus. Sol ergo nullum usum præstat. Sed in compositio usus præstantissimi est, ut ex quo paratur Theri ca. Idem de hoc quoque oleo dicendum est, quc solitarium sumendum non est, sed in compos tione concinna, veluti de theriaca jam diximu Propter acetositatem quidem prodest stomach à cholera & Apostemate libro. Si verò chole

a

…ut Apoſtema adſit: per experientiam ipſam
…onſtat. Illud nihil boni operari. Apoſtema
…nim ab illo exaſperatur, & ab acetoſitate ir-
…itatur & in inquietam rem abit. Si cholera ad-
…it, mutua fit ebullitio & lucta, non ſecus ac ab
…qua forti & tartaro, quorum nullum cum altero
…nanet. Sedulo ergo & circumſpectè cavendum
…e quid negliagatur. Extra dictos caſus alias in
…ompoſitione ſua ſanitatem affert, ſi porrigatur in
…mnibus febribus, Anorexia, ſervato tamen mo-
…o. Plurimæ quidem de hoc oleo prædicantur
…irtutes: paucas autem experientia firmat. Vidi
…go & comperi, eos qui miraculoſa ſe oleo iſto
…ciſſe jactitant, turpiter mentitos eſſe. Uſus ejus
…t in calculo & arenulis. Qui verò per id cura-
…s ſit, neminem novi. In omnibus facit aliquid:
…d in fundamento perfectum non eſt. In practica
…men mea, in capitulo de cura arenæ compoſi-
…onem ejus invenietis ad hunc & alios morbos.
…cut autem de olei iſtius per ſe uſurpandi corro-
…one dixi: ita affirmo, Corroſionem eam vim ha-
…ere comminuendi lapidem, expellendique are-
…ulas. Id tamen tanta cum difficultate fit: ut in-
…entione alia excogitata opus ſit, quam quæ ha-
…enus in uſu fuit. Alias enim uſurpandum non
…t. Quantum vero quiſque ab experientia ſua
…abet: tantum largior. Hæc Medicina nova eſt:
…a cauſa in dies quoque noviter probanda, & re-
…ntibus ſubinde cum compoſitionibus permi-
…enda eſt,

Quantum vero ad Chyrurgiam, de hoc ol
ita attendite. Dolores quidem insignes ciet: s
tamen præsentem sanitatem accurat in morbis e-
jam difficillimis. Processu instituto oleum h:
scabiem capitis hæreditariam seu Achores un
fragmento detrahit, sicut quis pileum ferreum d-
trahit & seponit. Oleo scabiem seu caput un-
versum pilis tectum, penna illines tribus conti-
nuis diebus: ita sine operari. Si non sufficere v-
deris, frequentius illine, pro scabiei ration.
Idem potes etiam attemperare permixta aq
chelidoniæ, & caput frequenter abluere. In sur-
ma, qui sanari vult, id citra dolorem impetr
posse minimè cogitet. Ægri enim eadem conc
tio est quæ prægnantis: quæ non sine sed cu
maximo dolore parit. Sic non nisi in dolore v
ctus nobis parandus est. Sic cum dolore & sud
re etiam à morbis liberamur. Hoc modo serpig
nes omnes, omnes scabies pruritusque, & si qu
alia quocunque modo in cute oboriuntur, sana
tur, velut & tentigo prava, &c. citra metum ill
tum, tollit & mortificat etiam lupum & ca
crum. Hoc tamen casu diligenter attendendu
est: si malum nimiopere invaluit, ut venenu
profundius etiam in sanam carnem, quæ temp
ris successu tandem decidat & exedatur, serpser
pro defensivo bonum *Oppodeltoch* imponendu
est.

In quibus autem cunque ulceribus Esthiom
nis remedia cætera infirma fuerint: hæc Medicir
propte

propter gradum, quem habet juvat. Ineptum etiam non erit, ſi oleum hoc cum pingui unguento permiſceatur, & ita imponatur. Sic mitius erit, ſed tamen etiam ignavius. Dolor evitari nullo modo poteſt, non magis ac pariens citra dolorem parere poteſt. Hoc melius & ſublimius eſt, ſi oleum vitrioli rubrum deſtilletur in ſpiritum. Ita pondus quam minimum ſufficiet etiam in prædictis morbis omnibus, qui facili opera tolluntur. Et hæc de oleo vitrioli rubro per Experientiam nihi ſuggeſta ſunt. In gravibus morbis Medicina hæc præſtans ac inſignis eſt. Fœdos enim & contagioſos ejuſmodi morbos, ut ſunt ſcabies, pruritus, ſerpigo, achores & ſimiles alios, qui lepræ vicini ſunt, curari poſſe, magnum Naturæ donum eſt, quod Medici manibus obtulit, quo affectos homines mundet & ſanet. Remediorum enim ejuſmodi multa non eſt ſylva. Hoc ergo oleum Medico in officina pro certo limite ſerviam. Cœteræ namque cocturæ nihili ſunt, nec fœdos illos morbos tollunt, ſed pinguedine ſua faciunt, ut recrudeſcant & augeantur.

## *De Vitrioli Oleo albo & viridi.*

Conſideratione dignum eſt, quòd ex crudo vitriolo oleum per Deſcenſum deſtilletur, interdum album, interdum viride, pro vitrioli conditione. Oleum hoc encomio ſingulari dignum

eſt. Quia enim ex crudo vitriolo præparatur ideò ejuſdem etiam ſpiritum continet , de qu jam tradidi. Oleum hoc per Deſcenſum ſuis vir tutibus ipſis demonſtrat, quòd præſtans & exi mium ſit ad internos morbos, quorum jam dun mentio facta eſt. Oleum id ſive album ſit, ſiv viride, perinde eſt. Viride tamen melius eſt , circuletur, & cum commixtione, de ſpiritu Vi trioli tradita, permiſceatur. De hoc nemo deſpe ret, quin certum & indubitatum remedium con tra caducum & omnes ejus ſpecies habeat. Se & hoc obſervatu dignum eſt, rarò morbum eſ ſolitarium ita, ut concurrentes alios non habea Hoc enim per omnes morbos patet evidente Hinc jam elicitur, non ſufficere præcipuum & palmarium, verùm etiam requiri ſacreta concu rentium ſymptomatum. Hinc in mea practic deſignam capitulum, de Morbo caduco, no propter remedium palmarium, quod hoc loc ſatis deſcribitur: Sed tantum propter intelle ctum eorum, qui unà concurrunt. Si accident alia non concurrerent: illis adhibitis, opus no eſſet, ſed palmarium remedium ſufficeret.

Circa oleum ergo Vitrioli viride ita vos gerite ut id ad ſummum gradetis eo modo, ut ſeparet à ſua terreſtreitate & fœcibus per Balneum Mari poſtea per Ignem. Ita in balneo Maris adimetu phlegma, & terreſtreitas auferetur per ignem, & Spiritus olei ſolus colligetur, qui in ſeipſo circu letur. Poſtea aſſumere poteſt additionem cu

Spiri

spiritu vini: nec opus est, ut plura addantur, si saltem, ut primarium remedium usurpandum est, citra cohærentium morborum medicationem. Sumitur in aqua pœoniæ ante paroxysmi semper insultum, prout is crebrior vel longior &c. est. Ad paroxysmos attendite. Quamprimum Spiritus olei centrum morbi invenit, tunc paroxysmus quietus est, & subindè magis magisque mitescit. Si autem vim sanandi exerit, principio ciet vertiginem, ægris sensibilem, qui tamen non cadunt, non spumant, non quatiuntur, non ratione privantur, sed leni somno corripiuntur, & subindè mitius se habent. Tandem ipsa quoque vertigo cessat, & cum hac etiam somnus. Interim nihilominus applicanda Medicina ac illa pergendum & instandum est pro conditione morbi & ægri. Hoc modo curâ urgenda, & omnia sedulò administranda sunt. Et huc non facit *temulentus Medicus, aut D. Leviticus.*

## *De Oleo Vitriolato in Alchimia usurpando: Similiter etiam de crudo.*

UT etiam de Alchymisticis in vitriolo conditis viribus aliquid dicam, initiò proponam vobis de vitriolo crudo, quod vitriolum crudum quodvis ex ferro cuprum faciat. Et hæc naturæ vis sublimis est. Nec enim Alchymista id facit, sed natura aut vitriolum per operationem Alchymistæ.

miſtæ. Et in lumine naturæ admiratione non caret, fieri, ut Metallum aliquod ſeipſum quaſi exuat, & aliud fiat. Et perinde ferè eſt, ac ſi ex viro fieret fœmina. In his autem natura ſingularia ſua privilegia, à Deo ipſi hominis gratia collata habet. Hoc de tranſmutatione dico, ut intelligatis, lividum illum Philoſophum Ariſtotelem in ſua Philoſophia non admodum fundatum, ſed verè fatuum fuiſſe. Proponam deinceps Receceptum ipſum, ut in omnibus nationis Germanicæ locis cuprum ex ferro facere ſciatis. Ex qua tranſmutationis potentia colligere facilè poſſumus, multas alias quoque tranſmutationes fieri poſſe, nobis tamen incognitas. Negari enim non poteſt, multas artes adhuc occultas eſſe, & à Deo ideo non revelari, quia ad eas noſcendas indigni ſumus. Porrò ferrum in cuprum mutare, tanti non eſt, quanti eſt, ferrum vertere in aurum. Quod ergo minus eſt, Deus manifeſtat: quod majus eſt, occultatur adhuc uſque ad tempus ſcientiarum Heliæ venturi. Nec enim ſuo Helia & artes carent. Cæterum tranſmutatio ejuſmodi eſt, ♃. *ſcobem ſeu limaturam ferri citra omnia Metalla, cuprum aut ſtannum, &c.* ℔. j. Adde *Argenti vivi* ℔. ß. Utraque pone in ſartaginem ſeu cacabum ferreum, & affunde menſuram unam *aceti, & vitrioli* ℔ ¼. *Salis Armoniaci* ℥. j. ß. una bulliant, & continenter cum ligno agitentur probè. Si acetum expiravit, plus ſubinde affunde, & vitriolum novum adde. Per decoctionem hoc ferrum muta-

mutatur in cuprum. Si cuprum factum eſt, in argentum vivum omne abit. Coctura decem vel duodecim horis continuata, demum argentum vivum ferro ſepara, quantum ejus ſupereſt, & probè lava, ut mundetur. Argentum vivum excipe ſacco facto exalura aut goſſypio, & exprime. Ita relinqui videbis Amalgama. Id Amalgama ſinito expirare, & invenies cuprum purum & bonum. Hujus cupri *accipe* ℥. ß. Argenti tantundem, fluat ſeu liquentur: & aſſcendet argentum ad 16. gradum è veſtigio. Et hæc ejus probatio eſt, quod tale cuprum ſit ex ferro factum. Gradus autem fixos eſſe, verum non eſt. Qui verò in Regali bene operari poteſt, is impenſas ſuas cumulatè exquirere poteſt. Momentum omne in operatione & laborandi conſiſtit peritia: ubi tamen plerique cæcutiunt. Prædicto proceſſu ſemper cuprum ex ferro facere potes. Hoc dico, ut tranſmutationem unius in alterum confirmem.

Vitrioli etiam hæc natura eſt, ut, ſi ſuum colcothar calcinetur, cum levi liquefactione illico ipſum in cuprum vertatur. Mira enim cuprea natura ei ineſt: & cupro etiam mira natura ineſt ad vitriolum. Si enim cuprum in aqua forti ſolvatur & granuletur, omne cuprum fiet vitriolum, nec cuprum amplius manet. Sic ex vitriolo etiam fit cuprum, nec vitriolum amplius eſt, niſi per idoneam aquam fortem in vitriolum reconvertatur. Mira ergo hæc in vitriolo & cupro co-

gnationis ratio est. Quod cuprosum est, bonum vitriolum dat. Sic viride æris pulchrum alteque gradatum Vitriolum Saphyricum dat. Etsi autem de his nos differere fors ridiculum sit: negari tamen non potest, quod in Vitriolo Tinctura lateat, quæ plus præstat, quam multi credunt. Beatus, qui rem intelligit. Sed de oleo vitrioli plura nota. Si oleum Argenti vivi & hoc vitrioli oleum conjungantur, & ita suo processu coagulentur, Saphyrus miræ Naturæ & conditionis producitur: non quidem Saphyrus Lapis, sed ei similis, cum Tinctura mirifica: de quo plura differo. Hinc evidens est, Arcana stupenda in Natura & aliis Naturæ seu Dei creatis condita latere. Quæ vel dum hodie jugi & indefesso studio à nobis inquiri & indagari longè honestius esset, quàm per græcari, scortari, &c. Sed scortationi hoc tempore palma datur, donec pars mundi vel hominum tertia juguletur, pars altera peste conficiatur, ut vix una salva supersit. Cum hac enim pravitate mundus durare non potest, nec artes florere. Sic status & ordines necessum est pessum ire & exscindi: alias boni nihil impetrabitur. Tunc demum sæculum vigebit aureum, hoc est, tum demum homo intellectu suo utetur, & ut homo, non brutum, vivet, nec porcum aget, aut in speluncis delitescet.

Quoniam ergo hæc de vitriolo hactenus bona affectione vobis communicavi: universos oro, ut infaustos & infelices ægros, morbo co sontico

corre-

rreptos spectantes, de vestra conscientia, de
eo creatore, de charitate proximi serio cogite-
, nec dotes has vitriolo à Deo ingenitas con-
mnatis aut vilipendatis. Dilectio vos moveat,
noctes atque dies in his rebus occupemini, nec
uisquam otiosus inveniatur, sed ad emolumen-
m proximi omnia suscipiat. Vos autem non
oveat, ista non facere Jurisconsultos. Atten-
te, quod Christus dicat: *Væ vobis Legisperitis*:
uod certè dictum ligneum non est. Nec vos et-
m Theologi offendant, qui reditus & salaria sua
otius, quam ægros curant. Hi sunt, qui in Je-
cho præterierunt. Vos Samaritani estote, &
usdem virtutem sectemini. Ita Deus tam arduis
os donis cumulabit, ut in juvandis ægris defe-
um nullum sensuri sitis. Omnia, quibus opus
it vobis dabuntur: Vos modo thesaurum hunc
nemini.

# ADMONITIO.

V Eritati licet omnia quæ de Sale Mirabili in
præcedentibus proposuimus, conveniant,
resque, quas ipsi in Medicinâ, Alchymiâ, Ar-
busve variis adscripsimus, quam maxime se ma-
festent, plurimum tamen diversitatis ipsi inesse
otamus, quo diversitate materiæ, ex quâ confici-
r. Quod enim ex Vitriolo est, alterius longè
turæ, proprietatibusque valdè aliis præditum,

eo, quod ex Sale Nitri comparatur. Cum neut convenit, quod ex Sale communi fit. Unu namque alio acredine majori pollet, imo hoc m. gis quam illud Metallum diſſolvit. Potentio tranſmutationi ſolutionique Metallorum inſe viunt; debiliora quodammodo Medicinæ; deb liſſima, dulciſſimaque multiplicationi ac prop gationi Vegetabilium.

Hæc accuratè conſideret atque cognoſcat n ceſſe eſt, qui fructus optatos laborum ſuoru exigit; quod ſi quis ſpe multiplicationis inſec turæ, ſemina Vegetabilium Sale fortiori emo. lita committeret terræ, is ſanè neutiquam opta tum finem aſſequitur, nil omnino Plantarum te ra exhibebit, eò quod Salia ejuſmodi acriora Ve getabilia magis deſtruant quam augeant. Simili ter & Metalla convenienti Sale delectantur, a criori nempe, ut Vegetabilia dulci. Haud itaqu cum fruſtraneum laborem noſtrum videmus Sali Mirabili id adeò tribuendum quam inſcitia noſtræ; Longè ſanè nobiliores ipſi competunt vires, ac in præcedentibus dedimus, quas quo minus patefaciamus ingratitudo hominum hujus ſeculi ſumma facit. Quod ſi communicaveris, quæ tibi ſunt ſecreta, iis, à quibus taciturnitatis promiſſionem exigere non licet, certò tibi perſuadeas ad aliosj eorum notitiam illico pervenire, qui iis in contumeliam tuam ſuperbè utuntur.

Contra verò ſi feceris, adeoque labore ſumptibuſque

ulque maximis parta Tibi soli reservare volu-:is, inimicitias tibi creas. Quicquid feceris, amnum Tibi parabitur.

Medicis, Mercatoribus, aliisvè Artis nostræ tudiosis quæ communicantur, ut à variis pro se-'etis reservantur, ita à plurimis nulli non noti-cantur. Cordis scrutator unicus est Deus Opt. lax. haud ita Homo; non pauci amicitiam, nceritatemque simulantes maximarum sæpe ar-inorum compotes fiunt, haud aliundè, quam iod astutiæ eorum ignorantes simus, plus de-ito creduli; vel firmissimo juramento se non rò obstringunt, fidelitatem, taciturnitatem-ie promittunt, & tamen Farneriano more, ne-ectis conscientiâ, famâ, pietate, pœnis, nil non vulgant, calumnias concitiaque sæpe adjicien-s.

Viris ejusmodi, amicitiam simulantibus, ini-icorum causas magis quam Tuas agentibus, bi, quæ exigunt, exhibere recusaveris, amici-am in inimicitiam mutari notabis, beneficia-uc antea præstita pro nihilo omnino haberi. At :ro ubi iisdem liberaliter Tua, inimicitiam me-ıens, communicaveris, gladium ipsis offerre te ias, quo jugulum Tuum petant.

Nunquid quotidie evenire reprehendimus, lurimos, orbem pererrantes, ubi laboribus Chymicis, ex ignorantiâ, bona sua consumpse-ınt, adeoque ad incitas redacti sunt, nos ac-:dere, de vestimentorum, alimentive defectu

quærelas instituere, adeoque secreti cujusdam cujus ope vitam sustentare valeant, communicationem exorare; His misericordiâ moti quæ exhibemus, illico ad alios devolvi notamus, pecuniæque insignem satis summam iis adferre, n enim non vendere eos experimur. Præter id quo si eveniat, ejusmodi mendicos, ex ignorantiâ, e quæ emptori se præstare posse pollicentur, eff cer non posse, culpam in nos conferunt, qua verò pecuniæ ingentem copiam nobis exhibui sent, & tamen sincerè cum iis haud egissemu: O summam hominum infidelitatem, ô ingratitudinem maximè damnandam. Diabolis omnibus, inferni ostiis reseratis, exitus videtur concessus, quo hominum corda occupent, piosque ultimis hisce temporibus anxietate graviter afficiant.

Sua divulgari, malèque audire qui noluerit, taciturnitatem hisce commendamus. Accedit, quod difficile admodum sit, si non impossibile omnino, nobis ab impostoribus ejusmodi cavere, eo quod nominibus diversis utantur, hoc loco qui vocatur Joannes, alio Nicolaus dicitur, eadem cognominis, imo major, diversitas notatur. Ne quidem Argus ipse fucum observare poterit. Ignorantes nos profiteamur necesse est, siquidem quæ nobis sunt in pretio, nobis solis retinere velimus. Quas non molestias mihi, quorundam vulgarem, vitiorumque detectio creavit? quæ non. Cui Universale

le illud parandi notitia est, superan-
e?

Effecerunt hæ, quod Laboratorium meum,
im Arcanis omnibus aliis offerre constituerim.
i id unicè agent, ut indefesso labore, verita-
m, eorum, quæ orbi communicavi scripta, ad
culum omnibus exhibere, adeoque hâc ratione
aledicentium, nil non ignorantium, os obtu-
re queant.

Causas, quæ me ad id, ut Laboratorium meum
iis concederem, impulere, roganti, præter
itam varias exhibere possemus, si necessitas exi-
eret.

Annus jam effluxit, ex quo, parte quarta Pro-
eritatis Germaniæ, dicto anno laboratorium
xstruêre, mirabiliaque Dei amicis exhibere me
elle promisi: steti promissis: Inventa varia præ-
antissima publicè privatimque demonstravi,
on sine labore, sumptibusque maximis, quos
mnes nihili omnino facio, cum hoc modo veri-
atem plurimis innotuisse sciam, quam etiam in
Dei Opt. Max. honorem, momique correctio-
nem, publicè profitebuntur.

Decreveram equidem & sequenti anno labo-
es meos in gratiam amicorum fidorum conti-
nuare, at præter alia ætas id efficere inhibet, præ-
stabunt idem, quibus Laboratorium meum com-
misi, lucem mundo cœcutienti exhibebunt. Hoc
omnibus significare volui quo molestias mihi in-
ferre litteris suis imposterum desinant.

Aliis

*Aliis inserviendo consumor*, de candelâ luce dicitur; nunquid & de meipso idem dicerei Omnibus inservire semper me paratum exhib nil vero præter molestias, damnumque m comparavi. Taceo Tempus, sumptusque su mos, quos, dum præstantissima, humanoc generi utilissima arcana describere allabora consumpsi, ea solum consideretis volo, quæ pr cedenti anno Laboratorium meum exegit. Pl quam 1000. Ducatos sola Laboratorii instruc sibi vendicavit; sola dico, ne quis, ea, quæ rem domesticam, familiæque sustentationem r quiruntur, huic summæ includi æstimet. Impo sibile hoc minimè videbitur ei, qui loci huj conditionem noverit. Haud ita facilè, aut salte vili adeo pretio plurima hîc nobis veneun quam quidem in Germania. Hîc 8. 9. 10. Im perialibus eam quantitatem carbonum vix nob comparare possumus, quam in Germaniâ unic Hîc fabro ferrario, lignario, murario, similiqu artifici singulis diebus tres partes imperialis exhi bere tenemur, qui unam tantum in Germani offerimus. Alio loco ædes satis commodas con ducere licet 50. imperialibus; Hîc autem mea quæ laboratorium continent 400. quotannis exi- gunt. Nunquid hæc maximè diversa sunt. Ex his similibusque satis unicuique colligere licebit, quales sumptus laboratorium meum singulis an- nis exegerit, quidque præstiterim, clarè videbit. Pergant posteri, Mirabiliaque Dei exhibere haud desi-

esinant. Ne quæso, quam satis sufficienter à me demonstratam viderunt veritatem in occulto delitescere permittant, quin potius in honorem Dei, proximique commodum eandem posteris per manus tradere pergant, quo sic prædictus Elias Artista omnibus innotescat. Videbunt sic Zoili, calumniatoresque, quid fecerint.

Hoc addere hîc cogor: Reperiri nempe qui præparationem, imò & usum Salis nostri mirabilis, ex parte, furtim mihî eripuêre, inimicisque meis clanculum communicavêre; qui eadem vendere haud cunctabuntur, maximamque inde pecuniæ copiam sibi acquirere allaborabunt. Horum quod si quis Tibi accedat, vide cui fidas, usum tibi monstrent exige, quam si dederint, non est quod fidem ipsis deneges; quam nullus habebit ei, qui quid usus Sal illud habeat, exhibere non poterit. Ex ipso melius fonte bibuntur aquæ, vulgare dictum est.

Nec spero, à quopiam malè verti, quod Inventorum meorum quædam mundo exhibeam; Nunquid enim Scriptura Sacra altari qui inservit, ex inde alimoniam concedit? Nunquid eadem bovi laboranti os obturari vetat? Quod si quis arbori vetustiori, jam ferè emortuæ, nullos aut saltem raros flores fructusque præbenti medelam afferret, sic ut de novo copiosos flores fructusque exhibeat, nunquid ejusmodi viro flores fructusque primogenitos offerendos esse? Illis in modum

modum coronæ contextis ornari caput ipsiu
his mensam instrui debere, omnes diceren
Quid ergo mihi deberi censetis, qui benefic
Salis mei Mirabilis, quod radicibus Alchymiæ
flores argenteos, fructusque aureos exhiben
arboris, jam ferè extinctæ, apposui, reviv
scere eam, floresque cum fructibus copiosissin
offerre feci? quis defatigata mea viscera robora
iis debere negabit? Cur non mihi idem quo
Archimedi dicere licet: *Inventum centum bou mactatione dignum.*

Dum verò Vires Salis mei Mirabilis exhibeo
ipsique ad modum traditum in vitris parato, Me
talla imperfecta in argentum aurumque mutan
virtutem adscribo, minimè hæc ita accipi volo
ac si maximâ quantitate aurum ejus ope nob
comparare queamus, suffecerit possibilitatem
demonstrasse, exiguâque copiâ id exhiber
posse.

Medicamenta plurima ad varios hominum af
fectus, ejus auxilio parari posse res certissima est
Certissima itidem ad gradationem particula
rem Metallorum minorum in meliora plurimum
id conferre. Experto mihi credite, fructu
spondeo haud exiguos, modo ritè procedatis.

De Vero Universali dubito, annon etiam ejus
interventu procurari queat. Certè quod si Au-
rum commune quoad gradum mutari supra natu-
ram possit, quid impossibilitatis amplius id ex-
altari

ltari diuturnitate temporis posse. Ætas mea decrepita operi huic manum ad movere vetat, poteris ignis ferrorem melius me proferre valentius occasio datur, precibus, atque labore ulterius iquirendi, forsan iis concedet Deus nobis quæ egavit.

Operatio hæc, quâ ex Metallis minoribus parcularitcr fructus, ut modò diximus, haurimus, itris, crucibulisque vulgaribus haud peragitur, tpote fracturæ obnoxiis, & ex quibus liquores icilè effluunt, verùm ejusmodi, quæ nec frangi, isi post longissimum tempus, possunt, nec humorem exire permittunt. Videri possunt, quæ e iis egi Prosperitatis Germaniæ parte tertiâ & uartâ.

Crucibula hæc præparare magnum est, majus l aliquot libras Sal Artis conficere, idemvè ritè surpare, at maximum, & in quo cardo rei versar, Metalla quænam conjungenda, quâve quantate cognoscere. Hic habebunt plurimi quod aant, & in quod inquirant, licet furno meo secreo gaudeant, & copiose Sal Artis efficere sciant.

Præter hæc omnia nucem adhuc duram franamus necesse est, nucleum dulcem comedere ui desideramus; Aurum Argentumve à Metals fixis separandi modum facilem cognoscamus equiritur. Haud enim massa ejusmodi Metallii, effera omninò, ope plumbi per se separatur, ti quidem Metalla ductilia, sed alia hîc separaone opus est, quæ caput rei.

Nec eſt quod aliquis ſibi perſuadeat, clarè hic omnia à nobis ſcripta eſſe, ſic ut ad eorum du-ctum facillimè operationem inſtituere queat; longiore tempore, peritoque Magiſtro opus eſt: haud conſultum judicamus ea tractanda arripere quorum notitiam non habemus.

Hæc licet admonitio mea ſit, ſæpius jam re-petita, erunt tamen qui eâ poſthabitâ operatio-nem dictam aggredientur, & forſan utilia varia invenient; ſimiliter ut varii reperiuntur, qui ſcri-ptorum meorum ductum ſecuti ex Metallis mi-noribus fructuoſè plurima eliciunt.

Quis ſic vera prædixiſſe Mariam Rantam, Brit-tannam, non diceret, fore nempè quod anno Chriſti 1660. Alchymia vera floreat. Ipſe præ-dictionem hanc non vidi, aliorum relationi id quod refero hîc debeo. Et poſito, prædictionem ejuſmodi non dari, experientia quotidiana abun-dè ſatis teſtatur, hîc illic Salis mei Mirabilis ope in Metallicis egregia præſtari. Nec dubium eſt quin indies magis magiſque tenebræ lucis hujus vi diſſipabuntur.

Communicavi equidem nonnullis lucis hujus uſuram, in proprium commodum, verum enim verò, & aliis eandem hi exhibuerunt, ſecus quam intentum meum fuit, undè effectum, ut quæ ſe-creta volui, omnino divulgata fuerint, plurimi-mique viâ rectâ ad veritatem ducente incedant. Hoc quod ſi me inſcio factum, quid non, ſiqui-dem adhuc per annum Laboratorium meum du-raſſet;

caſſet, factum cenſeatis? Alius nempe ſic novuſque omninò ſe exhibuiſſet mundus, quod Stella nova ingenſque, ab Auſtro ad occidentem ſe extendens, indicare videtur. Concedat Deus Opt. Max. neceſſaria atque ſalutaria, impios in viam rectam reducat, ſuiſque quietem cum pace donet, ne ſanctiſſimum ipſius nomen veritaſque magnifacienda, ab impiis omninò ſupprimatur. AMEN.

Sequitur nunc Formula Obligationis, quam infidi nonnulli manu ſua ſublignarunt, in ſignum fidelitatis & taciturnitatis.

Notum reddo ſubſcriptus, qua ratione D. Johan. Rudolph. Glauber, mihi amico ſingulari, ſummopere roganti, varia, utilia, inaudita atque incognita, inferius aſſignata communicaverit, hâc ſub conditione, ne, ex toto, vel parte, directè vel indirectè, eadem ſine conſenſu D. Glauberi aliis exhibeantur. Promitto itaque hâc ſcedulâ, quæ mihi juramenti vice ſit, pignoriſque loco, non ſolum bona omnia præſentia æque ac futura, honores, famamque bonam, verùm & ſalutem æternam, exhibeo, neutiquam ſcil. eorum quæ à D. Glaubero accepi, aliquid aliis me communicare velle, abſque conſenſu D. Glauberi.

Secus ſi contingat, non ſolum infidelitatis pœnâ me dignum pronuncio, corpus, bonaque omnia, ubicunque locorum fuerint judicio Eccleſiaſtico æque ac civili ſubjicio, verum & perfidi titulum juſtè mihi convenire teſtor.

Quod si etiam eveniat, Clariss. Dom. Glaube rum inopinato morte mundum, adeoque & libe ros relinquere, parentis loco me iis futurum, c mniaque quæ a parente accepi, fideliter com municaturum polliceor.

Juramenti vice hæc nobis sint, quæ non sc lum manu propria subsignavi, sed & sigillo prc prio roboravi. Actum Amstelodami &c.

Ita se habet Obligationis formula, quam ho mines isti, quibus præparationem Salis mei M rabilis, una cum usu vero, communicavi, in tes seram fidelitatis, nunquam scil. fore ut secret ejusmodi me inscio aliis communicent, juramen ti loco, subsignarunt. Quam fideles vero var fuerint, cum damno non raro expertus sum, quo hic notificare volui, quo quæ causa sit, quod ips secreta mea publici juris faciam, constet, mal enim ipse mea divulgare, quam ab aliis perfid mecum agentibus id fieri quotidie experiri. Vi tam si Deus concesserit, brevi excellentiora luc publicæ dabo, cum quibus si conferamus ea qua jam lucem adspexêre, frivola ea esse & puerili videbimus. Quis novit annon perfidis ejusmod hominibus Deus Opt. Max. concesserit ita me cum agere, quo sic miranda ipsius opera meliu innotescerent, veraque Alchymia iterum reflo rescere incipiat.

Proximis hinc diebus Transmutationis Metal lorum facilitatem demonstrare constitui, adeoqu nulli non artifici, nulli non homini ubicunqu

loco

corum fuerit, eam inſtituere licere, exhibebo; nò nullum reperiri locum, ne quidem domunalum ruſtici, in quo non materialia, vaſaque ad ranſmutationem veram neceſſaria ſufficienter veniantur; Arcana varia Deo dante inſtante æate non ſolum ſcriptis publico dabimus, ſed & laboratorio noſtro demonſtrabimus.

Atque ſic finem Tractatui huic mole quidem xiguo, at ob Alchymiam, quam exhibet veram, aximo, impono; Impoſſibile omnino, hujus e artem hanc nobiliſſimam toti patriæ non inoteſcere, ſummo cum fructu; ad hoc Laborarium meum Deo dante hac æſtate plurimum onferet, quod in honorem Dei, veritatiſque denſionem indicare hoc loco debui.

Videbitis brevi Explicationem eorum quæ hoc actatu continentur.

*FINIS.*



# MIRACULI MUNDI CONTINUATIO,

IN QUA

Tota natura denudatur, & toti Mundo nudè ob oculos ponitur; imò dilucidè & apertè demonſtratur, fieri poſſe, ut ex Sale petræ omnium Vegetabilium, Animalium & Mineralium ſumma Medicina paretur, ac ideò Sal petræ jure ac meritò verum Subjectum ſolvens, ſive Menſtruum Univerſale (rumpantur ilia omnibus Farnerianis Aſinis) appellari queat.


*Miracula Divina manifeſtandi, & Hermeticæ Medicinæ ſtudioſos docendi gratia conſcripta, & in lucem edita Studio & Opera*

JOHAN. RUD. GLAUBERI.



*AMSTELODAMI,*
Apud JOANNEM JANSSONIUM.
cIↄ Iↄc LVIII.

# AD
# LECTOREM
## PRÆFATIO.



*Vanquam, Benevole Lector, ſcripta mea ,* Miraculum Mundi, *& Primam* Proſperitatis Germaniæ *Partem, Libello meo Apologetico, cui titulus,* Teſtimonium Veritatis, *ſatis ac ſufficienter contrà ſchedas* Farneri *calumniis , & mendaciis ſcatentes defenſa, eorumque utilitatem apertè ac dilucidè demonſtratam eſſe arbitror ; Vereor tamen, ne Apolegetica illa defenſio , licet artis arcana plurima , & lectu ſatis digna in apertum producat, Lectoribus prolixior ſuo ambitu tædium aliquod paritura ſit. Quâ de causâ, ut hoc tædium Lectori adeptum in delectationem & voluptatem commutem , conſultum mihi viſum fuit,*

*delectationis & auctarii gratiâ, si*
Continuationis Miraculi Mun
*titulo, succedanea subdere cæteris ex*
*cellentia quædam Arcana, & quide*
*quatuor numero, quæ quin comm*
*dum allatura sint maximum, null*
*dubito.*

*Horum primum offero Rusticis, V*
*nearum cultoribus, hortulanis, & omn*
*bus iis, quos ruris cultura occupatos t*
*net, ut sine ovium, vaccarum, a*
*equorum fimo & excrementis, ac us*
*tatâ stercoratione agros & rura si*
*stercorandi & pinguia reddendi modu*
*& rationem novam addiscant, & qu*
*tannis majus commodum & emolume*
*tum ex iis percipiant.*

*Alterum dono omnibus civibus, Me*
*catoribus, aliisque hominibus otiosis, q*
*divitiarum copiâ affluentes nesciunt*
*quonam pacto aurum & argentum suu*
*auge*

*ugere queant. His ſine fœdo fœne-ationis lucro, & proximi ſui incom-odo, aurum & argentum ſuum longè elıori, & honeſtiori ratione augendi odum & viam monſtro.*

*Tertium largior omnibus Deum a-antibus, & conſcientiæ ſuæ ratio-em habentibus Medicis, ut paucis npenſis, & pauco labore, ac bre-i temporis ſpatio medicamenta admo-um ſalubria, & efficacia parare ad-iſcant, miſeris ægrotis, ut Chriſtia-os decet, debito auxilio ſuccurrant, c honeſtè ſibi victum & amictum ac-uirant.*


*Quartum, tanquam Univerſale Me-icamentum, omnibus magni nominis, & authoritatis perſonis exhibeo, ut ius beneficio valetudinem bonam con-ervent, aut eam amiſſam recupe-ent.*

*Deus Omnipotens Divinam suam Gratiam largiatur, ut paterna ejus bo ad eum usum adhibeamus, quo ipsius la & honor, ac proximi nostri amor a geatur, & promoveatur.* AMEN.



# I. ARCANUM

## *Agricolis, Vinitoribus, & Hortulanis dono datum.*



Tſi prælum hoc, quo ingentes arbores, ſuccum eliciendi gratiâ, uti in primâ Proſperitatis Germaniæ parte jam indicavi, premantur, & quòd hactenus pluribus, qualenam ſit, inveſtigando cerebrum frangentibus, multum negotii faceſſivit, in tertiam Proſperitatis Germaniæ partem reſervare conſtitueram; Conſultum tamen mihi viſum fuit ejus deſcriptionem in hunc Tractatum conjicere, illudque deſcribendo Boni Publici gratiâ in lucem producere: Idque potiſſimum eâ de causâ, quia Deus Omnipotens mihi jam alios copioſum ex omni ligno ſalem petræ eliciendi, & quidem ſine hoc prælo, modos revelavit; Nec tantum ex ligno ipſo, verum etiam, ex omnibus Vegetabilibus, Animalibus, ac Mineralibus, ità ut negotio admodum facili, brevique temporis ſpatio, ſine prælo, & putrefactione lignum & Sal in Salem petræ converti queant: Imò ut trium, aut quatuor horarum intervallo quodvis Vegetabile, aut Animale, ut & omnis generis Sales ita transmutari poſſint, ut in pinguem, fervidum, ac ſulphureum Salem abeant, qui poſtea admodum

facilè aëris beneficio animari, & in Salem petr
convertitur. Sal talis, licet instar Salis petræ no
statim flammam concipiat, & ardeat, jam ta
men eò est deductus, ut in agrorum macrorum
& sterilium stercoratione idem præstet, quo
fimetum cujusvis pecoris aut pecudis in agri
pinguefaciendis efficere solet. Hinc eodem sal
quamvis arenam puram putam, & omni pin
guedine destitutam ità pinguefacere illicò licet
ut frugibus ferendis, & reddendis apta evadat
Nemini autem fit verisimile, quid Sal aliqui
corrosivis suis viribus spoliatus præstare valeat
Ideò Christus non frustrà dicit discipulis suis
*Sal terræ estis.* Terra, quæ Sale caret, mortua
est, nec fructum ferre potest. Sal enim hic inversus non solum arenosis, & planè sterilibus agris, vix parum erycæ edentibus, sed etiam fertilibus pinguefaciendis inservit, ut singulis annis conserantur, & fructus emittant. Maximum profecto est Dei donum, quo ingratissimus hic Mundus planè indignus est. Crebrò contingit, ut agricolæ fimo necessario destituti agros suos non conserant, sed eos vacuos, & inanes relinquere tamdiu cogantur, donec eos conserendi facultas sese offerat. Sed quid hoc commodi affert ipsis, qui Magistratui interea debitum tributum pro ipsis solvere debent, nihil tamen commodi ex ipsis percipientes. Annon satius esset, ut tertiam, aut quartam duntaxat ejusmodi, bonorum partem possiderent,

quotan-

quotannis fructus debitos reddentem. Hoc pacto certè Rus ejuſmodi, quod aliàs ruſtici unius ſuſtentationi vix par eſt, decem aliis alendis ſufficeret, ſi ligno, aut Sale hâc ratione inverſo pinguefieret. Pari omninò ratione etiam vineæ pingueſcere poſſunt, ut fruſtrà non colantur, ſed uvis ferendis luxurient.

Sic etiam arbores fructuum feraces, & prata ac paſcua in ferendo gramine ſegniora eodem Sale ità emendari poſſunt, ut meliores fructus, & pinguius gramen ex ipſis prodeant. Sed hæc de his hac vice ſufficiant; plura in tertia Proſperitatis Germaniæ parte, Deo dante, ſequentur. Intereà illa frumenti ac vini copia ex parte conſumetur. Nullus autem dubito, excellens hoc Dei omnipotentis munus à bonis Patribus familiâs quæſitum, in honore habitum, & ab hac horâ uſque, ad mundi finem, honoris Divini & ſalutis multorum millium hominum promovendæ causâ, effectui datum iri.

Hic autem ligni proprio ſuo igne in acetum acerbum exprimendi, & hunc ſuccum acidum, Salis fixo in carbonibus combuſtis, aut cineribus remanentis beneficio iterum coagulandi, & in ſalem ſterilia rura pinguefacientem, aut aëris beneficio in Salem petræ abeuntem, redigendi Modus artificium profectò eſt excellens & ſingulare, quod inutile lignum quodvis utile, & emolumentum inſigne pariens reddit; quales inventiones tanta commoda afferentes hactenus

à nemine literis proditæ ſunt. Atque eò melio
etiam eſt hæc, quam illa in cineres clavellato
ligna redigendi inventio, in quâ omnis ſuccu
acidus in fumum abiens, omninò perit, & amit
titur, & ex maxima copiâ ligni, pauci admo
dum cineres remanent, ac ex eorundem ſal
pauciſſimo vix decima pars ad agros pingue
reddendos, aut mutationem in ſalem petræ apt
reperitur. Non ipſi etiam cineres., ſed Sal ir
ipſis latitans agros pinguefacit, & in Salem pe-
træ mutatur. Itaque hic meus ſuccum lignorum
eliciendi, & in bonum Salem coagulandi mo-
dus longe præferendus eſt illi, qui cineres cla-
vellatos ex ligno parat. Nec ſolum torcular
hoc ligneum fertili ex omnibus lignis ſucco ex-
primendo inſervit; Sed etiam iis in locis ſum-
ma cum utilitate uſurpari poteſt, in quibus ligno
carentibus, & multis paludibus, ac limoſis ſta-
gnis refertis ceſpites, lignorum loco uſurpandi,
ex fundo eruuntur. Etenim ceſpitum ille ſuc-
cus, æquè ac lignorum, ad agros pinguefacien-
dum idoneus eſt, adeò ut nulla regio cauſam
habeat conquerendi, quod ſibi de aliqua Uni-
verſalis illius Theſauri mundani parte à Beni-
gno rerum omnium Creatore copiosè non pro-
ſpectum ſit. In altis regionibus lignorum co-
pia prolixa ſuppetit, ac humiles ceſpitum in-
gentem vim ſuppeditant. Sicut igitur in regio-
nibus editiorem ſitum habentibus lignorum in-
effabilis multitudo putrefactione perit, aut cre-
ſcens,

ſcens, & decreſcens nulli uſui, aut commodo inſervit: Ità idem quoque ceſpitibus contingit in humilioribus, & depreſſioribus locis, in quibus ſæpenumero ingentes tractus ne minimam quidem ulli homini utilitatem conferunt, & nihilominus magnos penetralibus ſuis theſauros abſcondunt. Cum paludoſis & uliginoſis diſtrictibus ità comparatum eſt; ſi gramine obducti beſtias admiſerint, ut gramen illud depaſcant, emolumenti quid adhuc hominibus afferunt: Sin vero uligine nimiâ obſeſſi fuerint, ut humanis veſtigiis ferendis pares non ſint, omni prorſus utilitate carent. Sunt paludoſi tractus muſco ſolo veſtiti, qui nec pecora nec pecudes alere, nec ceſpites ſuppeditare poſſunt, eò quod nimiâ arenâ, aut nimis largus muſcus gramen impediunt, quominus naſcatur, & ceſpites igni concipiendo idonei conficiantur. Et tamen illi ipſi tractus igne preſſi fertilem expromunt ſuccum, quo finitimi campi, ut plurimum arenoſi, fertiles reddi poſſunt. Paludes verò illæ nihil aliud continent, quàm pinguedinem illam, quæ ab aquâ pluviâ ex vicinis territoriis altis & arenoſis extracta, ac collecta in terras & valles inferiores convehitur, ac in muſcum concreſcit; Undè jure ac meritò ſterilibus illis terris arena conſtantibus, eaſdem pinguefaciendi gratiâ, reddenda eſſet. Hac igitur ratione fieri poſſet, ut plurimis terris vaſtis & deſertis, quæ nullo prorſus emolumento genus humanum afficiunt,

fer-

fertilitas ſumma conciliaretur. Quæ dico, cu veritate ipsâ conveniunt, & forſan tempor progreſſu veriſſima comperientur, & plurim locis prodeſſe poterunt. Hoc autem tempo rusticis mera ſomnia eſſe videntur, ac captu in ipſorum cerebris cereviſiâ ſemper diſtentis ſe dentem ſuperant. Cæterum ſicuti quævis palu pinguis finitimas terras editiores & ſteriliore arenâque oppletas pinguefacere poteſt; ità Ocea nus Univerſalis eſt Medicina & pinguefacti omnium, quas lambit, regionum editarum & ſterilium, quibus ſale ſuo contento perfectan fertilitatem, & feracitatem largitur. Unde Be nignitatis & Bonitatis Divinæ Providentia in credibilis liquidò patet, ac jure, meritoqu Omnipotenti Deo pro ſua hac curâ paternâ ab omnibus hominibus gratiæ indeſinentes, & maximæ habendæ, & tam ingentia ipſius munera, & beneficia nunquam ex memoriâ deponenda ſunt. Quomodo autem Sal marinus arenoſus & omni pinguedine deſtitutas terras, pinguefaciat, & fertiles reddat, exactius poſteà demonſtrabitur. Obiter hîc in mei torcularis ligna prementis deſcriptione ejus rei mentionem facere volui. Quantò melior igitur eſt mea ex lignis ſuccum conſervandi ars, & inventio, illâ inventione, quæ ligna in cineres clavellatos redigit; tantò etiam potior & excellentior eſt, meus Modus arcanus, quo ferè totum ligni pondus, exceptâ ſola inutili aquâ & Phlegmate,

quod

quod ligno adfuit, in transmutatione illâ conservatur. Facili enim conjecturâ, qui mentis impotes non sunt, providere possunt, quod in lignorum combustione illâ apertâ nobile Sulphur ab igne consumatur, & nulli emolumento esse queat. Si autem res ità institui possit, ut lignum non ardeat, & ardendo non consumatur, sed seipsum consumendo, sine omni ferè ponderis jacturâ, in Salem Sulphureum vertatur, magni momenti negotium eonficeretur. Qui hoc præstare novit, scopum profectò attigit & finem optatum consequutus est. Carbo licet succo suo privetur, ferè tamen eandem retinet quantitatem, quam habuit lignum, ex quo combustione paratus est. Talium carbonum libra una comburendo in cineres redacta, vix unum, duos aut tres lotones dabit, ex quibus paucis cineribus dimidiam, tertiam, aut quartam Salis idonei, qui in Salem petræ mutetur, aut agros pingues reddat, partem ægrè eruas. Nam in combustione nobile Sulphur, tanquam maxima pars cum fumo evanescit, & ex unâ carbonum librâ vix dimidia aut quarta lotonis unius pars Salis istius prodit. Ideò haud exigua est ars Sulphur illud cujus virtutes sunt maximæ, conservare, & in tàm nobilem Salem convertere.

Excellentissimi hujus Arcani agricolas & vinitores lubenti animo participes fecissem, ut ejusmodi munere affecti grato animo mei recordarentur; ni maximum ingrati animi crimen, quod

magis ac magis in ingratis hujus Mundi incoli animadverto, me impulisset, ut illud adhuc ali quandiu mihi reservem, & apud me delitescer patiar: siquidem gratum hominibus non accide ret hoc tempore, quo vini ac frumenti ubiqu maxima est copia. Si verò aliquando, quod prol dolor timendum, Ira Divina ingruerit, ima summis miscuerit cunctisque rebus ablatis terra pinguedinem consumpserit, quod Deus tamen prohibeat, tunc munus hoc Dei gratum acceptumque foret, quod forsan temporis hujus feris bestiis risui & ludibrio futurum esset. Vasi vino, aut frumento abundanti, & pleno si quid amplius infuderis, in eo non remanebit, sed recidet. Ità etiam hoc tempore summâ omnium rerum affluentiâ ubique locorum luxuriante, & nullius rei penuriâ laborante nihil nisi mera superfluitas ejusmodi arcanorum revelatio esset. Onerentur mente captorum, insanorum, & temulentorum hominum aures vel infinitis verbis ejusmodi arcana lucrosissima detegentibus, ea tamen susque deque habita ludibrio, & sannis excipient. Fecit id Farnerus ille impius, omnium ejusmodi ludionum & sannionum improbissimorum antesignanus, qui irridendi initio facto, cunctis magnorum miraculorum, & ditissimorum munerum irrisoribus viam stravit, ut etiam tam ineffabilia beneficia risui haberent. Ideò non necessarium esse dico, ut talia in lucem producantur. Agricolæ & vinitores iis contenti esse

pote-

poterunt, quæ in præsentia ipsis denudantur. Acidus enim, expressus, & ad dulcedinem reductus lignorum succus in agrorum pinguefactione & stercoratione longè plura præstabit, quàm alicui verisimile fieri potest. Si futuro tempore necessarium fore animadvertero, ut plura & meliora in apertum producam, eorum revelatione neutiquam supersedebo, ideò aliquandiu adhuc remoraturus *Prosperitatis Germaniæ* Tertiam Partem, & exspectaturus, quo hujus Mundi res evasæ sint. Equidem certus sum, scripta mea futuro tempori longè gratiora fore, quàm huic eadem esse comperio: Causam jam indicavi. Quò majore autem ludibrio mea scripta ab impia Farnianorum sannionum turbâ hoc tempore excipiantur, eò majore honore sequuturis annis a hominibus afficientur. Sed omissis istis nebulonibus præli toties dicti descriptionem, ac expressi, iterumque coagulati lignorum succi usum aggredior.

De

*De figura, usu, & utilitate præli, sie torcularis, cujus adjumento ex lignis sin magno labore copiosè exprimitur succus idoneus, ex quo Sal petræ paratur.*

## Forma, sive Figura.

PRimò struatur ex lateribus Fornax rotun, eam figuram habens, quam in typo præse litera A commonstrat. Æmuletur autem vitriorum furnos, ità ut ab inferiore parte largi sensim exurgat in acumen rotundum, in fasti foramen rotundum, & unum pedem latum ap riens, per quod ligna injici queant. Foram aptandum est operculum ex laterum materia e dem coquendo paratum, quo foramen illud cla datur. Inferioris partis latus unum, januam h bere debet, per quam carbones extrahantur. A terum verò perforatum sit oportet foramir, cui aptetur canalis, seu fistula ex terra figuli vel latericia excocta & tres aut quatuor circit orgyas longas, in qua fumus ex lignis injec per ignem expulsus in acidum succum conde setur, & destillet in dolium ligneum, quod su co ex canali defluenti recipiendo, ipsi canali a positum est. His omnibus dicto modo parati fornax usque ad summitatem lignis impletur, si ligna non satis sicca fuerint, ipsis usque ad fo

nac

nacis summitatem coacervatis fruticum ficcio- rum, & aridiorum fasciculus imponitur, cujus ope eò facilius accendantur. Postquam ligna accensa fuerint, & probè arserint, fornacis fora- men in summitate arctè operculo occludendum, ac fumo omnis exitus adimendus est, ut nullum exitum inveniens descendere, & canalis infe- rius patentis foramen quærere cogatur. Quan- do igitur ligna paulatim incandescunt & flam- mam tamen emittere nequeunt, calor ex ipsis succum omnem exprimit, & in canalem pro- pellit, in quo ex fumo in succum aut acetosum liquorem mutatur, ità mutatus ex canali in ap- positum dolium destillans, aut defluens. Lignis omnibus in carbones conversis, & nullum am- plius fumum emittentibus, tota fornax, ubi- cunque aërem admittere potest, imò ipsum et- iam foramen, cui canalis aptatus fuit, madefa- ctis cineribus oblinatur necesse est, ut prunæ suffocatæ in fornace refrigescant, & carbones integri maneant. Exempti ad usus necessarios adhibentur, cum bonitate cæteris respondeant, quos carbonarii in sylvestribus locis parare so- lent. NB. Hoc intelligatur velim de ejusmodi lignis, quæ mediocris crassitiei se in carbones redigi patiuntur. Nam si succum expellendi cau- sâ in fornacem frutices, & virgulta conjeceris, nil nisi carbonum scobem, & pulverem nanci- sceris, qui post omnem succum expressum in fornace non oblitâ, ut prius faciendum docui-

B mus,

mus, ſed apertâ tàm diu relinquendus eſt, donec in cineres abierit, qui ad ſuccum expreſſum coagulandum requiritur, ut ex iis, quæ de coagulatione ſucci mox dicturi ſumus, patebit. Diſcrimen igitur hoc inter ligna obſervandum erit ut frutices, & virgulta poſt ſucci expreſſionem in cineres comburantur; craſſiora verò ligna poſt eandem operationem ſuffocentur, & in carbones mutentur. NB. Ubi carbonibus non indigueris, aut eoſdem vendere non potueris eoſdem apertâ fornace, ut in cineres combur ſinas, neceſſe eſt. Si in ejuſmodi loco hæc operatio inſtitueretur, in quo lapides invenirentur idonei, ex quibus calx cæmentaria igne conficiatur, operæ pretium eſſet, ut ſtrues lignorum & lapidum mutuâ impoſitione in fornace miſcerentur, quod Chymici *Stratum ſuper ſtratum* vocant, ac poſt ſucci expreſſionem fornax aperiretur, quò ligna in cineres converterentur. Dum autem in cineres abeunt, eâdem ſimul operâ & lapides calcinant, ac in calcem mutantur, quæ aëri expoſita, ità tamen, ut aquâ pluviâ madefieri nequeat, in pulverem minutum dilabitur. Huic pulveri cineribus lignorum miſto affunditur ſuccus ille acidus ex lignis expreſſus, ut duæ hæ naturæ contrariæ mutuis laboribus ſe exerceant, & probè uniant: quâ in operatione acetoſus ligni Spiritus acrimoniam ſuam amittit, ac Sal ligni & lapidum fixus alteratur, ità ut ex utrâque Naturâ, contraria prodeat media Natura, & ſua-

vior

or Sal, qui aëri expositus, & diu in eo consertus ex eodem vitam sibi attrahit, & in optium Salem petræ transmutatur. NB. Hæc mixtra eo pacto aëri exponenda est, ut sub tecto anens superius tecta, & à lateribus aperta, pluarum injurias vitare, & nihilominus aërem athere possit. Si ab aëre exsiccata fuerit, urinæ ominum, aut pecorum & pecudum affusione rsus humectanda est, ut nunquam penitus excetur. Hæc si ritè peragantur, optimus Sal træ unius, unius & dimidii, aut ad summum ennii spacio ex hâc materiâ copiosè prodibit, i extractus, purificatus & coctus in purissiis Crystallos concrescit. Residua materia in istinum sub tecto locum projecta, & eodem odo tractata biennii intervallo novum Salem træ producit, qui eâdem ratione excoqui pot. Nam mixtura illa semper bona manet, mo sicce urinam, uti diximus, affuderis. NB. qui ius Salempetræ acquirere cupit, post acidi ritus cum cineribus conjunctionem, & utriuse præcipitationem, & mortificationem, ex teriâ illâ conjunctâ aquæ affusione salem exquere, eumque urinâ solutum per vasa circuoria digerere poterit, ut unius anni spatio timi Salis petræ compos fiat. Succum ex liis exprimendi, & eâdem simul operâ calcem lapidibus conficiendi labor hic in omnibus civitatibus, & locis effectui dari potest, in ibus ligna & lapides copiosè in promptu sunt.

Si autem in ſylvis inſtituenda eſſet eadem operatio, fornax ex lapidibus ſtructa non requireretur, cum ligna coacervata, & in ſtruem compoſita ceſpitibus viridibus tantummodò tegi operiri queant, & planè quidem eo pacto, quo Carbonarii in carbonibus ſuis conficiendis utuntur, habitâ tamen hîc ratione foraminis in latere, cui canalis aut fiſtula adjungenda eſt. Succo expreſſo, acervus ubique obturandus eſt probè, ut aëri nuſquam aditus aliquis concedatur, carbones conſervandi ſunt. Refrigerati & exempti in urbe venales exponuntur, aut ad alios uſus neceſſarios adhibentur, aut fabris ferrariis venduntur, ita ut ſuccus expreſſus, qui vaſe nullo exceptus, alias fumando evanuiſſet, nihil planè conſtet. Sin carbones non deſiderentur, aut etiam venundari non poſſint, in cineres comburantur, ut coagulando ſpiritui & in Salem poſteà aëris adjumento intrà certum temporis ſpacium in optimum Salem petræ tranſmutando inſerviant. NB. Animadvertendum quoque hîc eſt, quod ſuccus expreſſus etiam ſecum vehat acre, & fervidum oleum colore ſubrubro, quod non abjiciendum, ſed unà cum Spiritu illo acido cineribus affundendum eſt, ut unà cum cæteris naturam Salispetræ induat, ſi cum Salibus putreſcat. Ad alios verò uſus, qui vult idem adhibere poteſt, utpote quod & alias utilitates ſuas habet. Omni ligno facilè putreſcenti, & pluviæ expoſito, aut in aqua ſtanti illini-

tur

ır, ut conſervatum non tàm facilè putreſcat, um aqua ligno non adhærere poſſit, ſed deflue-e cogatur, aut impediatur, quò minus ligni po-os penetret. Eodem ruſtici & aurigæ loco adi-ɔis, quo rotarum axes oblinunt, uti poſſunt, ɔræſertim ſevo aut reſinâ condenſato. Optimus utem ejus uſus, ſi ſalempetræ excipias, quan-um mihi quidem hactenus conſtat, in eo con-iſtit, quod lixivio acri ex calce & cineribus pa-ato ſolutum & coctum ſmegma evadat admo-um calidum, & fertilitatem concilians; ſi ma-ra, & arenoſa rura eodem conſpergantur, & ıumectentur. Etenim ea admodum fertilia & eracia reddit, quod non tantum in agris præ-tat, ſed etiam in arboribus, & vitibus, adeò ut ına eodem plena tonna tantum ad agrorum tercorationem conferre valeat, quantum decem imo equino, aut vaccino repleta plauſtra ſo-ent: Faciliuſque dolium ejuſmodi ſmegmate epletum in longè remotos agros ac vineas, uàm decem plauſtra fimi, quod aliàs certè ma-gno labore, & haud paucis ſumptibus in vineas lefertur ſcopulis, & rupibus inſidentes, ut pin-gues reddantur. NB. Si ad vinearum ſtercora-ionem hoc ſmegma adhibendum eſſet, ejus ni-mia copia unâ vice mox ab initio adhiberi non leberet, ne vites pingueſcendo luxuriantes ni-mium excreſcant; Ideò modicus ejus uſus requi-itur, qui in arvorum ſtercoratione non ita at-tendendus eſt, quanquam & hîc mediocritatis

exceſſus damnum infert, bonarum rerum qui
dam ſit exceſſus, qui detrimentum affe
rat. Arbor aut vitis nimium pinguis ſtercora
tione evadens creſcendo luxuriat, & plures fru
ctus emittit, quàm ferre, aut maturare poteſ
Lignum ipſum fit nimis pingue, & molle, u
hyberno tempore frigoris injuriâ facilè lædatu
Unde in omnibus rebus mediocritatis limite
non tranſgreſſuro modum adhibendum eſſe pa
tet. Nigrum hoc ſmegma ex lignorum oleo con
fectum Dei donum profectò eſt maximum iis i
locis, in quibus terras arenæ ſteriles reddun
Hinc admirabilis Creatoris noſtri ſapientia li
quet, nos ita quaſi alloquentis : *Vos rudes &*
*imperiti homines, cur hunc locum incultum relinqui-*
*tis? Quoniam eum nullo frumento conſerere pote*
*ſtis, volui, ut lignum produceret, & vobis materi*
*ſuppeteret, quâ eum pinguem reddatis, ſi velitis*
NB. Nam ſatis ſuperque notum eſt, quod ani
malia, & vegetabilia putreſcentia terram ſterco
rent, & pinguem reddant, quod ruſtici jam et-
jam didicerunt, eandem etiam ſine putrefactio-
ne ſtercorantes, & pinguefacientes, quando
nimirum frutices, & arbores quæ, bellis lon-
gum tempus durantibus, ex arvis & agris ex-
creverunt, ſuccifas & exciſas comburunt, cine-
ribus rura conſpergunt, & iiſdem pinguedinem
ſubminiſtrant. Quod autem acidum ſpiritum,
& calidum oleum, quæ comburendo evaneſcunt
capere, invertere, & cum cineribus ad ſterco-
ra-

ationem usurpare nesciant, nemini mirum vi-
eri debet, cum nemo adhuc idem ipsis dixerit.
Mihi tamen persuadeo, hunc agros stercoran-
i modum temporis progressu in usum, & con-
uetudinem abiturum, non ità citò tamen, ob
opiam frumenti cujus hujus pacis tempore ma-
nam, ubique locorum multitudinem diligens
ultura suppeditat. Si autem futuris temporibus
*ovum bellum*, quod Deus avertat, nostras re-
iones inundaturum, & multos annos, ob ho-
ninum, equorum, & aliarum rerum necessariarum
enuriam, rura inculta mansura & pessum itura
ssent, tunc arbitror, & non citius, hanc artem ne-
essariam fore, & quæsitum, ac investigatum iri.

Quæ autem alia succus lignorum dictus præ-
tare queat, quominus hîc enarremus, opusculi
revitate impedimur. Hoc tamen auctarii loco
ddimus, acidum hunc Spiritum, si rectificetur,
n multorum bonorum medicamentorum præ-
aratione, in artibus mechanicis, in multorum
ulchrorum colorum confectione, metallorum
x lapidibus & mineris extractione, & omni-
us iis, ad quæ vulgare acetum usurpatur, ea-
lem omnia commodè effectui dare; imò longè
ommodius, quia vulgaria vini & cerevisiæ ace-
a acrimoniâ suâ longè superat. Solus autem, &
er se efficax est medicamentum, quod multis
ncurabilibus morbis medetur; Aquæ calidæ
mistus, & in balneo ad corpus lavandum usur-
patus longè efficacior est thermis illis ex terrâ

prorumpentibus , præcipuè in omni ſcabi membris paralyſi Gallicâ ſolutis , ac fiſtuloſis fœtidis ulceribus , crura, & alia corporis lo obſidentibus. Item in Podagrâ , Calculo , Cor tracturâ , Schiaticâ , paralyſi , morbis uterinis, omnibus ejuſmodi ægritudinibus , aliàs therm rum ope curandis , quibus acetum hoc ex lign expreſſum viribus ſuis ſalubribus longè antece lit.

Idem facit & oleum illud calidum cum Spiri tu per expreſſionem expulſum , quod in curan dis illis externis affectibus & ulceribus miras vi res exſerit. Pro quo certè , ut pro maximo dono quod ubique locorum facilè reperitur , nem eorum , qui gravibus morbis onerati ſunt , gra tias ſat magnas Deo omnipotenti agere poteſt Inprimis autem pauperum, quibus nummorum non eſt tanta largitas , ut ipſis Pharmacopœos cumulare queant. His proprio labore lignis tam excellentem , & efficacem medicinam extorquere licet. NB. Hoc loco etiam illud obſervetur oportet , quod balneum ſucco lignorum dicto temperatum ingreſſuro , prius hujus aceti plena cochlearia aliquot epotanda ſint. Totum enim corpus permeando acetum hoc cuncta ſuperflua & naturæ noxia per ſudorem ejicit , & omnes lienis , epatis ac pulmonis obſtructiones reſerat : Præcipuè autem , quando acetum ex ejuſmodi ligno aut herba elicitur , quæ peculiaribus ad eliminandas iſtas ægritudines viribus do-

otata est. *Exempli gratiâ.* Vitis, fagi, & betu-
: similiumque acetosus Spiritus internorum
iscerum obstructiones tollit. Ex quercu, aliis-
ue lignis durioribus paratum acetum medetur
nguinis putredini, omnibusque ex eâ morbis
rofectis, ut Morbo Gallico, lepræ, omnis ge-
eris externis ulceribus, scabiei, fistulis, & ul-
ribus apertis. Omnibus item contracturis,
oilepsiæ, Apoplexiæ, & paralysi. Sic acetum
axini, cerasi, pruni, pruni sylvestris, mespyli,
buti, & similium arborum quæ fructus nucleos
bentes ferunt, Podagram, Chiragram, gona-
am, & calculum renum ac vesicæ curat. Ex
alsamicis herbis, hypericone puta, salviâ, ve-
nicâ, Saniculâ, Betonicâ, pulmonariâ, epa-
câ, saxifragâ, & aliis ejus farinæ salubribus
erbis expressum acetum omnes epatis, & pul-
onis, internas læsiones, cunctosque internos
fectus ex verberibus, casu, aut offensione ali-
iâ exortos aufert. Adeò efficax est hic ligno-
im succus medicina, ut plurimæ sumptuosæ,
magni pretii compositiones Galenicæ ipsi ce-
ere, & primas deferre cogantur. In balneo
onficiendo aquæ decem libris una Spiritus ace-
si libra adjungenda est, dosisque hæc ægro-
, & morbi ratione vel augeri vel minui
otest.

Ante Balnei usum, spiritui cochlearibus ex-
uriendo, aliquot olei, quod cum spiritu exi-
t, guttulæ adjungi possunt, quæ spiritui opem

ferant, ut corpus promptius permeet, & mo-
bum fortius aggrediatur, & citius expellat.

In podagricis doloribus, membris affectis, ;
in calculo renibus affrictum idem oleum cu
Spiritu haud contemnendum lenimen ægris :
fert.

Ut paucis dicam, hic lignorum, & herbaru
succus, si legitimè paretur & usurpetur, pu
chra, & instructa Galenicorum Pharmacop
lia, licet plurimis pictis & deauratis vitris, p
xidibus, vasis superbiant, pudore suffundere po
terit.

Nullus autem dubito, quin temporis pro
gressu Medici conscientiæ suæ habituri ratione
ejusmodi coctiones inutiles abrogaturi, & i
earum locum meliores & utiliores præparatio
nes reposituri sint, ut Deus debitâ laude celebre
tur, & miseris ægris succurratur.

Nam quamvis acida hæc aqua totius herbæ vi
res non contineat, nihilominus tamen pro effi
cace herbarum aquâ in Medicinâ & usurpanda
& habenda est, quandoquidem illa in Pharma
copoliis usitata paucas admodum vires possidet
ut experientia quotidiana apertè testatur ; cum
purum putum herbæ phlegma sit, & potissim
vires ipsaque Herbæ essentia in putaticiis feci
bus remaneant, licet aliquid odoris & sapori
aqua secum in destillatione abstulerit. Aspicia
tur sicca aliqua herba, quam aëris aut Solis ca-
lor omni phlegmate & humiditate insipidâ pri
vavit

avit, ac consideretur, an suâ efficaciâ, odore, & sapore orbata sit. Ac licet temporis diuturnitate omnis sui saporis, & odoris jacturam fecerit, potissimæ tamen in eâ virtutes adhuc delitescunt. Imò quamvis per destillationem etiam acetum ipsi ademptum sit, ac imperitus aliquis putet, in residuis carbonibus nigris, & vilibus lignorum, aut herbarum nihil omninò virium restare, cum tamen in iisdem optimæ adhuc, & efficacissimæ vires reliquæ sint, delitescentes in optimo Sulphure, & Sale. Vires autem in ipsis efficaces adhuc latitare, & rusticis haud ignotum est, qui hyberno tempore iis ardentibus frigus a se amoliuntur, & cibos coquunt, quod tamen phlegmate per destillationem separato nunquam facient. Tantas vires possident carbones illi nigri, & ab imperitis hominibus contempti, qui etiam nobilissimi Solis vires, & proprietates æmulantur, eâ de causâ meritò *Soles terrestres* appellandi. Quicquid enim in superiori firmamento Astralis ille, & Sydereus Sol efficit, idem & terrestres Soles, carbones nimirum, superioris & magni Solis vicarii, effectui dare possunt. Superior omnes res vitæ & facultatis crescendi participes reddit. Idem inferior Sol præstat. Sole hyberno tempore longius à nobis recedente, cuncta terræ Vegetabilia quasi emoriuntur: Eodem, tempore verno, ad nos redeunte, cuncta quasi resurgunt, reviviscunt, crescunt, se movent, augent & nutriunt. Insecta ipsa,

quæ

quæ in antra, & cavernas terræ, frigus fugiendi gratiâ se abdiderunt, ac quasi mortua jacuerunt, viva iterum in lucem prodeunt. Quæ effecta omnia Soli superiori accepta ferenda. Eadem & inferior Sol effectui dare solet. Etenim quando in conclavi aliquo muscæ, aranei, & alia ejus farinæ insecta, ingruens frigus vitantia in rimas se receperunt, ac in iis quasi mortua latitant, ut primum conclavis illius igne aliquo incalescentis calorem senserint, vitâ pristina quasi recuperatâ ex nidis & latibulis suis prorepunt, & perinde ac si verno tempore Sol nobis appropinquans ipsa pristinæ vitæ iterum compotes fecisset. Imò si in conclave ejusmodi calefactum magna insecta, ut ranæ, angues, lacertæ aliaque similia, ut & herbæ emortuæ frigore reponerentur, æquè ac si magni Solis Elementari radiis illustrati essent, ad pristinam suam vitam redirent, revirescerent, & crescerent. Si igitur hæc contemptus carbo, qui imperitorum judicio omni succo & omnibus viribus nudatus est, præstare potest; quidnam quæso medicinam artis adjumento ex tali carbone paratam esse præstituram putes?

Sed Medicorum putaticiorum aliquis hic diceret; Quis ex tàm arido & insipido carbone medicamentum aliquod pararet? Nec maxime corrosivo liquore solvitur, nec intensissimo igne liquatur, si aër nullus ad ipsum accesserit: cujus si vel minutissima portio ipsum attigerit, flam-

ma m

am mox concipit, flammâque conceptâ con-
mitur, ut præter paucos cineres ſali commix-
os nil aliud reſtet. Reliqua omnia combuſtione
onſumpta pereunt, & evaneſcunt; quæ vires
nnibus rebus emortuis vitam reſtituentes, &
ventia quævis reficientes, hîc autem cum flam-
â & fumo in auras diſſipatæ, ſi ulla ratione ca-
, & conſervari poſſent, nullus dubito quin
agni momenti medicina acquiri poſſit. Huic
go reſpondens quæro, cur tanta efficacia non
onſervetur, & ad medicinam optimam confi-
endam uſurpetur, priuſquam uſtione evane-
at, & in auras abeat? Quicunque Philoſo-
ius modum hoc efficiendi ignorat, vilis profe-
ò eſt Philoſophus, qui erubeſcere omninò de-
eret, quod aliis ſcientia & eruditione ipſum
perantibus ex nimia ſuperbia ſe præponat, &
oſdem contemnat. Qui palpabili & coagulata
iqua materia, antequam uſta conſumatur, &
raneſcat, uti neſcit, quo pacto eandem ex
iao ſuo eliceret, & concentraret? Quod ve-
non unuſquiſque nobile hoc ſulphur multis
nculis arctiſſimis irretitum, & fortiſſimis cu-
odibus cuſtoditum liberare ſciat, neutiquam
irum eſt. Etenim haud facilè obſequitur, nec
iivis vocanti adeſt. Ex omnibus Philoſophis
ullus eſt, qui clarius & apertius doceat, quo pa-
o vinculis ſuis expediri queat, quàm Sendivo-
us expreſſè dicens: *Hoc ſulphur in obſcuro carce-
captivum, ac vinctum deliteſcere, & à fortiſſimis
cuſto-*

*custodibus custodiri.* Solùm *autem* Salem *incurabi le ipsi vulnus in pugnâ inflixisse.* Clarius author laudato, hoc nemo dixerit. Qui igitur nescit qua ratione vitalis illa virtus vinculis suis expe dienda, & ad summam medicinam usurpand sit, citatum Sendivogium audiat, qui ipsum cla rè docebit. Si ab eo non didicerit, non est cu ipsi adjumento esse quis laboret.

*Similitudine* rem proponam: Homo ex tribu compositus, corpore, spiritu, & anima con stat. *Corpus* est visibile, immobile, crassum, ter restre & corruptibile: *Spiritus* invisibilis, vivus mobilis, & tamen mortalis: *Anima* verò homi nis pars nobilissima immortalis.

Pari ratione & in Vegetabilibus & Minerali bus anima aliqua animadvertitur, quanquam pauci sunt, quibus ejusdem extractio innotuit Sicut igitur in homine anima nobilissima par est; Spiritus verò vilior; & corpus vilissimum Ità etiam cum Vegetabilibus, & Mineralibu comparatum est. Animam Vegetabilis, aut Mineralis alicujus acquirere desideranti separanda est anima illa fixa & constans artis adjumento ab illo corpore crasso, inutili, & mortuo. Quamdiu enim crassum corpus nobilissimæ animæ adhæret, tamdiu hæc debito modo se movere nescit, nec suam nobilitatem demonstrare potest: sed à crasso suo corpore vincta & captiva detinetur, donec ab aliquo vinculorum solutionem callente liberetur. Corpore autem crasso depo-

sito,

ſo, vinculis ſoluta & libera mox vires ſuas
ſerere poteſt. Medicorum igitur cura hæc po-
tiſſima eſto, ut loco corporis viribus deſtituti, &
ortui, animam fixam & vivificantem ex Ve-
getabilibus adipiſcantur, ut eâ in morbis cu-
ndis utentes longè majora præſtent, quam
nunc quidem faciunt.

Hanc diſſertationem eâ tantum gratia hîc inſe-
ri, ut indicarem, integrum corpus parvi admo-
em momenti eſſe, & nobiliſſimam ſolummodo
eo partem, *animam* ſcilicet, idoneam reperiri,
â aliquid boni in medicinâ præſtetur.

Quemadmodum autem in Mineralibus præ-
t fixum & incombuſtibile Sulphur aliud repe-
tur combuſtibile, & fugax: Ità etiam duplex
ſlphur reperitur in Vegetabilibus, in quo-
m per retortam deſtillatione cùm phlegmate,
acido ſpiritu, pingue quoque & combuſtibi-
oleum expellitur, quod ſuis quidem viribus
llet, ſed neutiquam ea præſtare poteſt, quæ
rs in nigris carbonibus reſidua efficere ſolet.
uò conſtantius enim, & fixius fuerit medica-
entum, eò fixiores & diuturnioris moræ ægri-
dines aggreditur, ſicut è contrario fugacia
edicamenta in iiſdem debellandis minus effica-
c deprehenduntur.

Quod de Vegetabilibus tradidimus, ſpiritum
mpe volatilem, aut fugacem, & animam
nſtantem ac fixam ipſis ineſſe: Idem quoque
d Mineralibus intelligendum, quæ præter com-
buſti-

bustibile Sulphur etiam fixam & constante animam possident.

Quicunque verò conjunctionem animæ Ve getabilium, cum Mineralium animâ nover Medicamentum consequutus est, quod homin animam stupendâ ratione corroborare potes Vegetabilium enim, & Mineralium animæ co gulati sunt Solis radii, qui necessariò vivifica tem virtutem continent, cum ipse Sol omn res vitæ participes reddat.

Veluti autem homo, si Solem, aut vicariu ejus, ignem, terrestrem solem, tantummod aspexerit, etiamsi in profunda & admodum fr gidâ cellâ sederet, ac calefacientes, ac vivif cantes ejusdem vires non sentiret, tamen nud ejus aspectu cor suum recreari, & corrobora animadverteret: Quanto verò majorem corro borationem & recreationem cordis sensurus esse si vini aut alterius alicujus herbæ animam cu auri animâ conjunctam interno usu adhiber ad curandum corpus suum, cum quo animab illis maxima intercedit familiaritas. *Simile* eni *simili gaudet*, & eidem jungi desiderat, ac proi de nemini absonum, & à veritate alienum vide debet, quod animam Vegetabilium, æquè Au ri, quàm humidi radicalis corporis humani au gmentum esse posse asseram. Nam Vegetab lium *anima* nil aliud est, quàm Essentialis S Universalis, qui in omnibus rebus reper tur.

Cu

Cum igitur in *Turbâ* Philoſophi fateantur, uri ruborem, & Argenti albedinem Univerſal ile ſuo augeri poſſe: par eſt; ut in eâdem ſentenâ acquieſcamus, eidem aſſentiamur, & eandem ontrà errantes tueamur, tantum abeſt ut eam npugnare conemur. Oculis videntibus, & maibus palpantibus fides adhibenda eſt. quod taen hæc diſſertatio mea pluribus veriſimilis futra non ſit, facilè mihi perſuadeo, licet emencre non poſſim, cujus nullam culpam ſuſtineo. b contentus ſum, quod veritatem ſcripſerim, proximo meo lumen accenderim.

Spiritus Sanctus omnium piorum hominum crda, quæ in hâc tenebroſâ fœtidi Mundi paluc adhuc terreſtribus tenebris occœcata ſunt, racs ſuis ità illuſtret, ut ex craſſis & frigidis ſuis tnebris ſcintillulam luminis divini apprehenent, eademque animas ſuas reficiant & recreent, aque ità cœleſtis ac divinæ claritatis tandem eam participes fiant. Amen.

Uno eodemque modo ex vili ligno tuo exigo pretio confectionem monſtravi militibus Slis petræ, hortulanis, vinitoribus & agricolis a vineas, pomaria, agros & prata idoneæ ſtercorionis; ægris commodarum thermarum; Pharmcopolis & Chymicis optimi aceti ad extraciones varias neceſſarii. Reſtat ut fodinarum ntallicarum cultoribus etiam munuſculum qoddam offeram. Si calcem vivam unà in prælı ut docuimus, ex lapidibus calcinatis factam

aceto lignorum humectaverint, fluxum bonu
consequentur, quo duros illos, & feros lapid
ex venis metallicis erutos facili admodum nego
tio liquefacere poterunt. Nam acidus ille lign
rum spiritus à calce vivâ fixatur, & in Salem a
facilem fluxum proclivem convertitur. Hic ta
men Sal majori emolumento foret agricolis suc
agros stercoratione pingui lætiores reddituris, i
quorum gratiam ipsum etiam describo, cum i
corporum mineralium fusione tantum lucru
non conferat. Medici ad multorum incurab
lium morborum felicem curam honorem ipsis
divitias parituram nobili & efficaci lignoru
succo usurpare possunt. Aceto hoc lignoru
hyberno tempore in doliis frigori expositam, u
in glaciem concrescat, phlegmate solo in gl
ciem concreto, acerrimus spiritus cum oleo i
glaciem non mutatur, sed in medium dolium
recipiendo adeò mordax & acer evadit, ut aqu
fortis instar metalla corrodat. Si Principibus &
Magnatibus libuerit ligna, in ditionum suaru
sylvis aliàs putrescentia, in Salem petræ conver
tenda curare, bene facient, laborisque ipsos no
pœnitebit, quandoquidem tempus instat, qu
Sale petræ maximè opus erit.

Est adhuc arcanum quoddam, quod in rusti
corum gratiam in lucem me proferre oporte
haud exiguum commodum ipsis allaturum. Per
ticæ, longurii, aut pali, quibus vites lupuloru
caules sustinentur, si igne, quà in extremitate
suam

uam inferiorem desinunt, adurantur, & extremi-
:ate adustâ in lignorum oleum illud immittan-
:ur, ut pinguedinem illam imbibant, in terram
›ostea inserti nullam admittent amplius humidi-
atem, quæ aliàs facit, ut quotannis putrescentes
:â parte, quâ terræ inserti fuerunt, diminuendi
int. Accedit quod etiam vitibus, & lupulorum
aulibus, quibus adjuncti sunt, pinguedinem
uam communicent, atque ita ipsos lætiores &
›inguiores reddant, duplex hoc pacto emolu-
nentum afferentes: prius est, quod perticæ à pu-
redine conservatæ quotannis breviores non eva-
ant, sed diutius durent: Alterum quod vitium
: lupulorum radices pinguedinem & alimen-
ım ex perticarum extremitatibus attrahentes
ıxuriante incremento excrescant. Præterea per-
carum extremitatibus illis longo tempore tan-
em in putredinem abeuntibus, olei tamen nulla
t jactura, sed idem emolumentum manet, cum
utridæ illæ extremitates perticis ademptæ, ac
roximè vitium, & lupulorum radices terræ in-
rtæ, aliquot annorum spatio iisdem alimentum
ıccino, aut equino fimeto longè melius suppe-
tare queant.

Pari modo hujus olei lignorum adjumento
›rtes, diuturnæ, & stabiles sepes parari, aut vivis
uris vineæ, pomaria, & lupulis consiti horti
rcundari possent, quibus feræ, & fures hortos
›mpilantes arceantur palorum ad sepes idoneo-
m extremitas inferior igni, ut nigresceret, impo-

 nenda,

nenda, atque ita calida oleo immergenda eſſet ut illud probè imbiberet. Ex his terræ uſitat more inſertis ſeptum aliquod conficiendum, it ut continua ſerie arbuti germen, aut ſurculu inter duos palos medium locum occupet. H ſurculi, qui aliàs tardè naſcentes pluribus anni opus habent, quibus in requiſitam altitudinen exſurgant, radicibus ex oleo dicto pinguedinen & ſtercorationem optimam nanciſcentibus, di midio temporis ſoliti ſpacio citius ad requiſitan altitudinem naſcendo perveniunt, ac craſſa, for tis, ac viva ſepes evadunt, antequam pali putre dine corrumpantur. Porrò nec à feris periculun imminet iis locis, in quibus ejuſmodi pali oleo dicto imbuti terræ inditi ſunt, quandoquiden omnes odores graviores feræ vitant, & gravi ter olentibus rebus appropinquare non audent.

Funibus ex ſtupâ, arborum corticibus, au ſtramine contortis, & oleo dicto imbutis, ſi fru giferas arbores vinxeris, araneos, formicas, eru cas, aliaquè ejuſmodi inſecta impedies, quo mi nus in eas prorepant, & ipſis damnum inferant eò quod inſecta ab ejuſmodi oleis adeò calidi plane abhorreant.

Eſt adhuc alius, ſummâ cum utilitate, hujus acidi ſucci lignorum operâ, agrorum ſtercora tionem, & felicem ſeminum excreſcentiam pro movendi modus, non tantum ad macros arena rum campos, quibus vaccarum fimus adhiber poteſt, idoneus, verum etiam ad duros ſcopulos

ir

ı quibus nec arenula, nec pulvisculus terræ ul-
ıs reperitur.

Quod hoc artificium describendo, & typis
ıandando toti terrarum Orbi patefaciam, non
leò fit, quod mundum maximis emolumentis
itare velim, quemadmodum macros arenarum
ampos acido lignorum succo stercorandi mo-
o describendo facere conatus sum. Hic solus
opus mihi propositus est, ut unusquisque vi-
eat, & animadvertat, quam multa mirabilia
uticum & lignorum, quæ ubique, maximâ co-
iâ reperiuntur, & nullum tamen commodum
fferunt, nullique usui sunt, operâ effectui dari
ueant.

Quis fidem adhibiturus esset alicui dicenti,
uod effecturus esset, ut in duro, & nudo aliquo
opulo sine ullius terræ aut fimi additione non
olum frumentum, sed etiam omnis generis ar-
ores, ac excellentes vites crescendo proveniant?
quidem in mundo neminem fore credo, cui
oc verisimile fieri queat. Quantis cachinnis
oncuteretur Farnarrus cum toto suo consortio
sininò! Imò vehementiore suo ruditu asinino
ictum tale exciperet, quam meum Miraculum
Mundi excepit. Interim quia fieri potest, inter-
nittere nequeo, quin artificium hoc divulgem,
ınicum hunc scopum petens, ut excœcati mun-
li oculis miracula divina subjiciantur. Cæterum
ieri non potest, quin plurimis in locis adhuc
molumento futurum sit, iis præcipuè, in quibus

fluviorum ripas attingentibus vinum nafcitur qualia funt, quæ *Mœno*, *Mofellæ*, *Nicro*, *Rheno* *Danubio*, & aliis ejufmodi fluminibus adjacent ubi crebrò montes grandes & fcopulofi occurrunt, in quibus Solis calorem totâ die habentibus commodè vites plantari poffent, fi modo terra, & fimus eò deferri queant. Vites certè nullibi lubentius nafcuntur, quàm in fcopulis & cautibus, quarum rimis & virgultis inhærentibus fuas radices infinuant, ut inde fibi alimentum attrahant, quod paucæ aliæ plantæ facere folent. Quoniam autem plærumque apud ejufmodi fcopulos lignorum multitudo infignis reperitur, operæ precium effet, ex ipfis fuccum exprimere, quo duri fcopuli molliti in fcobem redigerentur ad vitium fationem idoneam, quod hac operatione peragendum effet: quæ tamen non neceffaria foret, nifi miraculorum Dei manifeftandorum causâ, aut imperitis, quod talia fieri poffint, demonftrandi gratiâ fufcipiatur. In ejufmodi loco, in quo aliquis vites, aut arbores in fcopulis & faxofis locis libenter nafcentes, ut cerafos, prunos, mefpylos, aliafque nucleos continentes fructus ferentes ferere cupit, ab initio parvum foramen pugno magnitudine refpondens, malleo aut alio inftrumento acuto, & cæmentariis ufitato incidendum eft fcopulo, ut aceto lignorum infufo repleatur. Repletum contegatur oportet, quô pluviâ depellatur. Poft aliquot dies videndum, an acetum fcopulo fe in-

finuave-

nuaverit, ut novum acetum foramini infundatur, & infusum, ut antea, lapide operiatur. Toties autem æstivo tempore labor hic iterandus, donec multum aceti scopulus absorbuerit, & spatium ulnam longum, latum, & profundum habuerit, quod ab aceto infuso emollitum malleo acuto facilè eruitur, ut foramen majus evadat. Hoc erutâ materiâ rursus opplendum, aceto lignorum replendum, lapidibus latis tegendum, ac tamdiu relinquendum est, donec omnis materia ità mollescat, ut digitis conteri possit. Autumnali verò tempore, postquam arbores folia sua amiserunt, aut verno, antequam foliis iterum vestiuntur, mense nimirum Martio vites aut arbores materiæ in foramine inserendæ, & radices earum ipsâ materiâ arctè pedibus inculcatâ probè operiendæ, ac cuncta affusione aquæ madefacienda, eventus verò Deo committendus est. Sic vites, atque arbores insertæ crescent, æquè ac si alii terræ stercoratæ mandatæ fuissent. Ratio hæc est: Quia scopuli non ex arena compacti, sed ex lapidibus ad calcem faciendam idoneis constantes multum Salis petræ continent, ac similiter acidus lignorum succus ejusdem naturæ particeps est, hic scopulum corrodendo Salempetræ in lapide solvit, & liberat, ac eadem operâ suam acrimoniam corrosivam amittit, ità ut radicibus Vegetabilium non noceat sed stercori vaccino similis, aut certè melior potius prosit, aut etiam easdem melius stercoret, & nutriat.

Si igitur vitis aut arbor, dictâ ratione, scopu- inserta semel vernando germina sua protruseri- postea non emoritur, sed radices scopuli rimis insinuantes nutrimentum suum quærunt. Singu- lis tamen annis hyberno tempore instante, quan- do folia deciderunt, aliquid acidi istius succi ar- boris aut vitis trunco affundendum, ut hyem- durante aliquam iterum lapidis portionem mol- liat, & radicibus stercorationis materiam novan- suppeditet. Hoc pacto quotannis succi dicti af- fusio faciet, ut neque terrâ neque fimus adden- dus sit, quandoquidem ipse lapis à succo ligno- rum in terram & fimum mutatur.

Arcanum hoc, licet plurimis res impossibilis videri possit, verissimum tamen est, cujus peri- culum, qui voluerit, hoc pacto facili negotio fa- cere potest. Curet sibi afferendum lapidem non arenâ constantem, sed ex iis, ex quibus calx viva conficitur, eumque soli expositum perfundat li- quore lignorum acido; quem ubi lapis probe imbiberit, alium rursus infundat, laboremque toties iteret, donec lapis adeò mollis reddatur, ut digitis conteri possit. Huic tritæ materiæ, quod voluerit, semen mandet, quod perinde germen suum emittet, ac si terræ alicui bonum insitum fuisset. Causam modò diximus, nempe quia lapis in terram convertitur, proprium suum Salem pe- træ, atque ità propriam suam stercorationem se- cum habentem, ac prætereà lignorum succum in Salempetræ mutantem.

Qui

Qui me rectè intellexerit,& doctrinam meam ꝛquutus, operationem ſummâ diligentiâ aggreſſus fuerit, quin ſui voti compos futurus ſit, ullum mihi dubium eſt. Sed lapide arenaceo em tentaturus nihil efficiet. Ejuſmodi enim lapies ſale nutriente carent, ac omnem liquoris ex igno ſolutionem reſpuunt, tantum abeſt, ut um imbibant, coagulent, & in ſtercorantem alem mutent.

Sequenti quoque modo quis experietur, quod x lapide, ex quo calx viva paratur, & lignoum ſucco Salpetræ naturalis fiat. Sumat ejuſnodi lapidis nondum uſti (jam enim uſtos & tercorare, & acetum in Salempetræ convertere quivis novit) aliquod fruſta, quæ lignorum ceto immergat, & Solis aut alius alterius loci calidi calore exſiccet, laboreque ſæpius iterato, amdiu exerceat, donec planè mollita inſtar terꝛæ conterantur. Ex hac materiâ contritâ Salem extrahat aquâ pluviâ quæ planè Salipetræ ſimilis erit. Sic ex lapide fit terra: ex lapidis Sale & lignorum aceto Salpetræ, aut ſtercorans Sal, æquè ac vaccinum, aut ovillum fimum, omnium Vegetabilium ſtercorationi inſerviens.

Eo fine tamen hæc non ſcripſimus, quaſi omninò neceſſarium foret, ut ſcopuli lignorum liquoris adjumento vitibus conſerantur. Propoſitum noſtrum eò tantum tendit, ut ſucci lignorum efficacia maxima innoteſcat, quo nimirum pacto ipſius ope duriſſimis etiam ſcopulis fertili-

tas conciliari possit, quod hactenus incogn tum & inauditum mea diligens investigatio inquisitio jam demum in lucem protraxit.

Nemini verò velim hoc absurdum & abs num videri, quod lignorum aceto tantas vir adscribam. Vulgare acetum idem facit, & du rissimas cautes ac rupes emollit: Cur hoc li gnorum succus acidus non faceret, qui vulga illo viribus & acrimoniâ longe superior est? Me moriæ proditum est; *Hannibalem* sibi & exerci tui suo per *Alpes* transitum aceti scopulos emol lientes beneficio aperuisse: quale acetum fue rit, Historiæ tacent. Forsan *vini acetum* fuit. S lignorum acetum habuisset, fortassis citius vot compos factus fuisset.

Arcanum hoc multa alia utilia hujus aceti ope inveniendi ansam proculdubio præbebit. Viam aperui: Veniat alius, qui plura inquirendo eam dilatet, ut eò citius perfectio aliqua acquiratur. Multa in Natura latitant, quæ ob segnitiem & inertiam nostram non inquisita humano generi maxima commoda denegant. Nullus tamen dubito, quin tempus producturum sit homines diligentes, & sedulos, qui sibi de hoc aceto prospecturi sint, ut multas ex ipso utilitates eruant. Impii Farnarri admonitio apud honestos, & prudentes homines locum non inveniet, neque remoram objiciet, sed ipsum cum asseclis suis magis ac magis toti mundo notum faciet, & rubore suffundet.

La-

Lapidum aliud genus reperitur, qui utpluri- ıum ad ædium ſtructuram adhibentur, ac mol- :s facile cæduntur, ita ut quadrati gradus, ac eneſtrarum receptacula lapidea ex ipſis paren- ur. Colore albi, cinerei, & ſubrubri in calcem gnis ope redigi, aut etiam liquari recuſant, nec ıpidibus arenoſis ſimiles ſunt, ſed utriuſque na- uræ participes plurimum Salis petræ compre- endunt. Hunc neque in calcem redigendo, ne- ue aquam affundendo ipſis extorſeris, niſi prius ingulari modo parati eum aquæ conceſſerint, uâ de re peculiarem Tractatum conſcripſi, pro- ediem, Deo dante, lucem viſurum. Toti ejuſ- nodi lapidum montes inveniuntur maximum alispetræ Theſaurum recondentes, qui nemini ıactenus innotuit.

Hæc pauca de lignorum expreſſione, & ejuſ- lem expreſſionis utilitate, tanquam munus ali- quod divinum ruſticis offerre volui.

Et quidem Patriæ meæ ruſticis, quos cum ra- dicibus magnæ alicujus arboris, arborem vero pſam cum aliquo Imperatore, Rege, Principe aut Magnate, & tota ipſius aulâ, omnibuſque miniſtris & aſſeclis comparo. Arbor enim o- mnem ſuccum, quo ipſi ad creſcendum opus eſt, ex radicibus extrahit, perinde ac Princeps ali- quis tributum à ſuis ſubditis exigit. Radix mul- tarum fibrarum tàm majorum quàm minorum ope ſuccum ex profunditate terræ attrahit, ac ejuſdem tanquam debiti vectigalis, aut tributi trun-

truncum participem facit. Eum truncus inte ramos, & frondes, tanquam miniſtros ſuos di tribuit. Si radix in terrâ bonum ſuccum offen dit, eum extractum lubens trunco impertit, qu bono & probo ſucco, nutritus pulchrè creſcen do ſurgit, viret, latè ramos diffundit, ac ſuave flores, & fructus edit, quibus aves in aëre, & beſtiæ in campis vitam ſuſtentant. Si è contra rio arbor in ſterili & macilentâ terrâ ſteterit, & radici ejus commodâ & bonâ ſtercoratione non ſuccurratur, fieri non poteſt, ut radix totam arborem diutius nutriat, cui ob alimenti defectum moriendum eſt. Delapſa folia quidem ipſi ad ſuſtentationem hybernam ſufficerent, ut verno tempore porrò frui poſſet ſucco, quem habere poſſet, ſi in bonâ & pingui terrâ moraretur. Radix arenoſam & macilentam terram nacta, quæ toto anno arbori nutrimentum ſuppeditando, eam viridem & fertilem reddere debet, ac è contrario non invenit alimentum, quod attrahat, arbori debitum tributum amplius ſolvere non poteſt. Unde arbor ſummâ extremitate & cacumine exareſcendi & emoriendi initium faciens, ac hoc anno horum, ſequenti aliorum, & ſic deinceps plurium ramorum jacturam faciens, tandem planè exareſcit, & emoritur; quod non eveniret, ſi radici auxilium latum fuiſſet. Quoniam igitur totius arboris ſalus, ornatus, pulchritudo & præſtantia à radice proficiſci debent, omninò neceſſarium eſt, ut radici ſuccurratur, &

requi-

r[e]quiſitum alimentum ſubminiſtretur, ſi totam a[rb]orem viriditate & pulchritudine debitâ exornare debet. Quo omiſſo ſi tota arbor peſſum i[e]rit, culpa profectò radici non eſt imputanda, c[u]m plura quam habebat, dare non potuerit. [O]r igitur eſt, ut radici ſuccuratur, quo totum [c]us ſuſtinere, & toti arbori nutrimentum neceſſarium impertire queat. Quamdiu radix arbori ſuccum ſuppeditat, tamdiu etiam ab arbore d[e]fenditur. Utriuſque verò ſalus in eo ſolo conſ[i]ſt[it], ut radicis cura geratur: Ideò mihi conſult[u]m viſum fuit maximè neceſſaria præmittere, a[c] præſtantiſſimæ, & pulcherrimæ arboris radi[ci]bus ſuccurrere. Fieri enim non poteſt, ut rad[i]x propriæ ſalutis rationem habens truncum de[ſe]rat, ſi modo ipſi aliquid boni ſuppetierit, quod t[r]unco largiri queat. Cum igitur tanti momenti ſit radix toti arbori nutrimentum pulchritu[di]nem & præſtantiam ſufficiens, & tamen pro[pr]iis viribus, ſine hortulani diligentiâ ſingulari [ſt]ercorationem & nutrimentum adjungentis au[xi]lio, trunco parum conferens: Profectò etiam [al]icujus momenti erit induſtrii hortulani arboris [ra]dici ſtercorationem & alimentum largientis [au]xilium: Quod ſi arbor ſuperfluâ ſuorum fru[ct]uum copiâ, pomi nimirum alicujus parvi obje[ct]ione hortulano diligentiam ſuam non remu[ne]ratura eſſet, ingratiſſima profecto ingrati ani[m]i vitio ſe obnoxiam redderet. Beſtiæ & feræ [ip]ſæ omni ratione carentes, ne ingratæ deprehendan-

dantur, excrementa ſua agris & pratis reddu , ut novum pabulum ipſis ſuppetat. Radicem . ficiendi, & recreandi causâ arbor ſingulis :. nis folia ſua dejicit. Cur ergo irrationalibus a. malibus & creaturis homo ingratior inveni. tur?

Patriam noſtram chariſſimam, *tanquam* ma mam, potentiſſimam, & pulcherrimam *arbor* proximis annis procellæ horribiles vehemen concuſſerunt, excellentes fructus ejus decutie tes & peſſundantes, ità ut pauci in arbore ipsâ illos excipias, quibus inter fortes ramos deli ſcentibus ventorum injuria nocere non potui relicti fuerint.

Noxias illas & frigidas tempeſtates ſequuta aura calidior ſuavem Solis calorem , & fertil pluvias ſecum vehens. Hinc arbor mox recre ta, priſtinas vires recuperavit, ac meliores, ſuaviores, quàm unquam anteà, fructus edidi quibus licet maximâ copiâ decuſſis adhuc ad ſcatet, ut ferè tot fructus, quot viridia folia, i eâ conſpiciantur.

Siquidem verò incerti ſumus, an procella eju modi aſpera arborem noſtram denuo invaſura, damno affectura ſit, cum in maximâ ſecuritat verſantibus ſæpè calamitas proxima ſit, & ſecun dum vulgare proverbium, *cælo nil inconſtan tius eſſe ſoleat*: Nihil magis expetivi, quam u arboris fructus in futurum tempus conſervaren tur. Eâ de causâ etiam, quo pacto illud fieri poſ ſit

t, demonſtravi, parum tamen aut ferè nihil roficiens, cum Farneriani nebulones, ut pa-iæ nocerent, ſalubrem meam doctrinam & dmonitionem ludibrio habuerint, & ea de-ruxerint, quæ ego haud exiguo labore ædifi-ıvi, & conſtruxi. Ideò verendum, ne bonum onſilium ſerius adhibeatur. Ideo docui ex ſu-erfluitate arboris magnæ, arefactis, nimirum mis, feris & inutilibus arboribus, fructibus, virgultis ſuccifis ſuccum exprimere, radicem ılchræ arboris eodem madefacere, atque ita ſam in ſuo vigore & ſtatu conſervare, ſi fortè ova tempeſtas in pulchram noſtram arborem, ıò eam peſſundet, impetum factura eſſet, quod eus tamen clementer avertat: ut radix tamen ıllo defectu laboraret, ſed totam arborem no-s & viridibus foliis, ac fructibus pulchris ve-re poſſet. Poſito verò caſu, quod, ut ſperamus, ım noxiæ tempeſtates nos obrituræ non eſ-nt, arbori profecto nocere neutiquam poteſt, radix ſtercoretur, & alatur. Quò enim pin-ıior radix fuerit, eò viridior & pulchrior erit bor; & quò major fuerit arbor, eò plures es aëris in eâ nidos conſtruent, & eò plura imalia campi tàm minora quam majora ſub dem latebunt, domicilia habebunt, & nu-entur.

Succum autem hunc ſylveſtrem magnæ arbo-ı radici, in quâ ipſius ſalus poſita eſt, hâc vice nare volui. Proximè futuro tempore ſub hâc pul-

pulchrâ arbore omnis generis herbas ſerere, mihi Deus vitam prorogaverit, conſtitui, ı aves in ipsâ arbore nidis ſuis inſidentes, & an malia ſub eâ commorantes commodius quà hactenus ſibi de alimentis proſpicere qu ant.

Deus omnipotens ex miſericordiâ & grat faxit, ut huic *pulchræ arbori* à tempeſtatibu procellis, fulmine, tonitru & grandine nu lum damnum inferatur, aves in eâ concordit & pacificè habitent, ac ſe mutuo ex nidis no expellant: Animalia item ſub eâ commoranti ut canes de oſſe pingui, inter ſe non digladier tur, ſed inſtar ovium quodvis ſuâ portior contentum, in quiete, concordiâ, & pace v vant.

Vaſa circulatoria, in quibus ligni ſuccus, & omnia ſalia aëris, & indeſinentis motus ope an mantur, & in ſalem petræ convertuntur, ha vice non divulgo, ſed mihi & amicis reſervo.

Intereà excellens hæc ars non quieſcet, au inculta jacebit, ſed multis in locis exercebitu Cuicunque jam eadem opus fuerit, ille ſciet quid ſibi faciendum ſit. Eam enim proximi m commodo impendere conſtitui, ne mecum i ſepulchrum abiens oblivione ſepeliatur.

Ità etiam apud me invenietur artificioſa me inventio Sal commune paucarum horarum ſpa tio ea ratione immutandi, ut Sali petræ in uſ macilentos agros ſtercorandi planè ſimilis ſit

& ta

& tamen ejus centenarius vix thalero conſtet. ſingulare profectò in his ultimis temporibus donum Dei, quo in omnibus Mundi locis, ſummis & imis, divitibus & pauperibus maximum commodum conciliari poteſt. Etenim ſi ubique locorum vini, & frumenti cultura hujus artis ope utilior, & melior avaſerit, fieri non poteſt, quin omnes homines inde commodum, & utilitatem percepturi, ac commodiore ac meliore vivendi ratione uſuri ſint.

Cum arte enim hac ità comparatum eſt, ut non ſolum omnes agri, ſive jam fructus ediderint, ſive etiam aliquandiu quieti à fructibus edendis ceſſaverint, ejus adjumento eò deducantur, ut ſingulis annis fructus ſuos proferant: ſed etiam ſterilia loca, quæ fructus & fruges ferre ſemper recuſarunt, fertilia, & ferendis fructibus ac frugibus idonea reddantur, adeò ut nullus in mundo locus, quantumvis maxime ſterilis reperiatur, qui hoc medio fertilis reddi non poſſit.

Præthereà hæc ars ideò etiam magni æſtimanda eſt, quod in iis quoque locis agros ſtercorare liceat, in quibus nec pecudes nec pecora inveniuntur, ac ea propter nec fimus ad agros ſtercorandos ſuppetit: cum hactenus alius nullus quàm hic ſtercore vaccino & equino agros ſtercorandi modus innotuerit.

Sic etiam in locis, à domiciliis hominum longè remotis, quò fimum deferri nequit, magno

hæc ars emolumento eſſe poteſt; præcipuè quando fimus difficulter comparatur, aut etiam magni conſtat, & magnis impenſis in remota illi loca defertur, adeò ut eam ob cauſam coli nequeant, & inculta jacere cogantur.

Incommodo huic occurritur inventione mea non ſolum fimo vulgari minus caram ſtercorationem exhibente, ſed etiam ſumptus, qui ad deferendum in remotiora loca fimum requiruntur, minuente, cum dolium unum meo ſale pinguefaciente repletum plus, quàm aliquot fimi vulgaris plauſtra, efficere poſſit.

Hoc tamen hîc notandum, quando ager aliquis dicto Sale ſtercoratus frumento conſerendus eſt, ſemen illud prius per noctem Sale illo in aqua ſoluto macerandum eſſe. Ita enim peculiari ſtercoratione præparatum celerius naſcitur, quàm ſi ſine præeunte aliquâ maceratione terræ mandaretur.

Conſideratione accuratâ perpendatur, quando milites equos abſtulerunt, curribus ſuis junctos eoſdem cum ruſtici ſudore, avexerunt, vaccas, boves & oves devorarunt, ac totam regionem vaſtarunt, quo pacto vaſtatos agros ſtercoraturi, & reſtauraturi ſint agricolæ, ut ab ipſis ad priſtinam fertilitatem redeuntibus expetitos fructus repetant.

Pacis profectò tempore, equis & bobus ad terræ arationem, & fimi confectionem abundè ſuppetentibus nihilominus pecudum & pecorum

rum fimus in pretio fuit, ità ut ejusdem copia nimia nunquam extiterit, ac ideò hæc mea Inventio, & munus à Dei largâ benignitate profectum emolumentum haud exiguum adferre queat. Unde multò majore commodo homines afficiet iis in locis, in quibus, Divino permissu locustæ omnia depastæ sunt. Nonne igitur munus Dei tàm excellens, in ejusmodi temporibus, quæ paulatim appropinquant, gratissimum esse deberet?

Quicunque à *Farnarris*, & eorundem asseclis seductus, & deterritus, non maturè, ut providum patremfamiliâs decet de necessariis rebus sibi prospexerit, eum suæ socordiæ nimis serò pœnitebit. Quò securior autem fuerit, eò magis decipietur.

Deus Omnipotens nobis omnibus gratiam suam largiatur, ut, temporali & caducâ securitate, tanquam fallaci laqueo Diaboli, vitatâ & omissâ, æternam, semper constantem, & perpetuam quæramus. Amen.

## *Admonitio.*

NEmo velim ægrè ferat, quod hoc lignorum torcular, sive prælum rusticis & agricolis donaverim, interim in descriptione ejus succum lignorum etiam omnibus ægris commendans, qui tamen cum agricultura nihil commune habent. Tacitus enim nullo modo hoc præterire

potui, quoniam agricolæ improbo ſuo labore occupati nonnunquam variis morbis corripiuntur, & ſæpè Medicos aut Pharmacopolas in promptu non habent, ac contrà expreſſione lignorum, facili negotio ſuccum, & oleum adipiſci poſſunt, quæ tàm externo; quam interno uſu ad plures morbos difficiles arcendos adhibeant. Ipſo autem ruſticorum, & agricolarum nomine non tàm eos homines intelligo, qui ut plurimum exigui ſunt ingenii, & libros legere neſciunt; quàm cæteros qui rura poſſidentes frumenti & vini culturæ operam dant, quales multi ſunt, etiam haud parvæ notæ, & exigui ingenii, æquè in pagis ac in urbibus habitantes, qui non ſolum ſcripta multorum legunt, & cuncta mentis accuratâ lance perpendunt; verum etiam ingenio, prudentiâ, & experientiâ ipſis *Doctoribus Graduatis* ſæpius antecellunt. In horum gratiam hoc prælum conſcripſi, & in lucem emiſi. Nec eſt cur aliquem pudeat agriculturæ laborem ſuum inſumere, cum agrorum cultus Deo longe gratior ſit, quàm ulla alia negotiatio, eaque de causâ ab omnibus, in quibus aliquid duntaxat eſt ingenii, jure ac meritò laudibus extollatur. Imo omnes jure laudandi, qui agriculturæ vacando ſibi de victu & amictu proſpiciunt, ut Patriarchæ in Veteri Teſtamento, ac deinceps præcipuæ notæ homines in mundo ſoliti ſunt facere, agrorum culturâ ſibi quæcunque ad alendum corpus neceſſaria comparantes. Agriculturam

ram profectò Romani ſemper maximi fecerunt, ipſeque Magiſtratus Romanus *L. Quintium Cincinnatum* ab aratro arceſſitum ad Conſulatum evexit, ut Romanæ Hiſtoriæ memoriæ prodiderunt. Fas itaque eſſet, ut hoc tempore viri ſeduli, & induſtrii, licet genere adeò nobili non prognati ſint, otioſis & ignavis hominibus præponendi eſſent.

## II. ARCANUM

### *Mercatoribus ditioribus donatum, ut ſine fœnore pecuniam & divitias ſuas augere queant.*

QUanquam hoc arcanum, cum aliis, uſum Salispetræ in Metallorum emendatione utiliſſimum, concernentibus in *Tertiam Proſperitatis Germaniæ Partem* conjicere ſtatueram, ut ità Salempetræ ex abjectis, & tamen ubique ſe offerentibus rebus parandi, & ad uſum è re uniuſcujuſque futurum adhibendi anſam præberem; Certis tamen de cauſis propoſitum meum mutavi, & *Proſperitatis Germaniæ* ulteriorem deſcriptionem aliquandiu differre conſultius duxi. Cæterum perpendens, utiles Salempetræ conficiendi inventiones meas jam in uſum adhibitas eſſe, & proculdubio homines repertum iri, qui ad longe meliorem uſum, quàm ad pulveris

pyrii confectionem, Salempetræ translaturi sunt, intermittere non potui, quin hîc unicum bonum, & utilem ad metallorum emendationem Salempetræ usurpandi modum describerem, quem experiri unicuique integrum est, ac etiam audacter licet, quandoquidem ipsissimam veritatem scribo. Qui verborum meorum sensum assequutus, & metallicorum laborum aliquâ ratione peritus fuerit, labore suo non abutetur, sed fructum haud contemnendum ab eo repetet, ità ut quietam domi vitam sine proximi incommodo transigendo pane suo quotidiano fruiturus sit. Si quis vero sibi persuadere vellet, tale opus sine labore & molestiâ peractum iri, ac grandes auri massas in utramvis aurem otiosè dormienti allaturum esse; næ ille vehementer decipietur, manus aratro admovendas, & diligentiam adhibendam esse non considerans. Inveniuntur haud pauci sibi ipsis persuadentes, ditescendi rationem nullam aliam meliorem se ingredi posse, quàm si Alchimiam, pollicitis opimis divitem artem, susceperint. Verum enimverò, cum ars hæc insignem experientiam, & indefessam diligentiam requirat, & maxima hominum pars otiosè vivere, quam manus carbonibus immittere, & opus prudenter aggredi malit, utplurimum evenire solet, ut pecuniæ avidi stulti à vero scopo aberrantes, falsis processibus, à circumforaneis illis processuum falsorum negotiatoribus, irretiantur. Si homines

ri naturæ veſtigiis inſiſterent, facilè ſcopum attingerent, & commodum ſibi acquirerent. Eum finem ſine ullius rei omiſſione ſequentem operationem clarè & dilucidè admodum deſcriptam propono, firmiter affirmans, ſecundum doctrinam meam deſcriptam operaturo eventum feliciter, & ex voto reſponſurum eſſe. Qui rando opus corruperit, ſibi ipſi, & inſcitiæ æ, non autem mihi, errorem ſuum imputet, eceſſe eſt. Cuncta enim, ut diximus, hîc præripta ſecundum literam intelligenda ſunt, & iam imitatione facili perſici poſſunt.

## *Operationis Modus.*

. AUri unam, Cupri duas, & Reguli Martis tres partes, quas omnes in crucibulo ono & probè operto colliquatis, circumſpecte dmodum cavendo, ne prunæ in crucibulum inidant, & opus corrumpant. Omnibus colliuatis, & operculo remoto, ita tamen, ut prunæ, quod monuimus, nullæ in crucibulum debantur, tantum benè ſiccati, & in pulverem edacti Salispetræ, quantum Cupri & Reguli in rucibulo fuerit, materiæ liquatæ in crucibulo ijice, ac crucibulum eadem, quam commenavimus, præcautione operculo ſuo tege, pruiſque ità crucibulum circunda, ut ipſi operculo non incumbant, ſed hujus extremitas eò ommodius forcipe aliquantum ſublevari, ac

maſſa in crucibulo inſpici poſſit. Si enim igni nimis magnus eſſet, Salpetræ ebulliens ex crucibulo erumperet, ac damnum afferret. Facil autem hoc evenire ſolet, quandoquidem Salpetræ Regulum & Cuprum operatione ſuâ aggrediens, ebullit, intumeſcit, & ſe extollit. Unde neceſſitas poſtulat, ut hic labor in ejuſmod fornace expediatur, qualis in 4. Furnorum meorum libro deſcriptus eſt, januas ſuas nimirum habens, quibus ignis regi poteſt, ut fortior, aut debilior reddatur.

Poſtquam igitur Salpetræ Regulum & Cuprum in ſubrubras ſcorias converſa imbiberit, quod ferè quadrantis, aut dimidiæ horæ ſpatio fieri ſolet, inferiore oſtio aperto, ſuperius clauditur, ut ignis validior evadens ſcorias liquefaciat, quò aquæ inſtar fluant. Si operculo parum ſublato ſcorias dictas inſtar aquæ fluere videris, craſſioribus & majoribus prunis circà ſuperiorem crucibuli partem exemptis, operculum quoque removebis, crucibulumque ipſum firmiter forcipe arreptum ex fornace eximes, ut liquefactam materiam in receptaculum probè cerâ oblitum, & calefactum infundas, in cujus refrigeratæ imâ parte ſe offert auri puri puti Regulus, qui à decuſſis ſcoriis liberatus, eo pondere gravior, & auctior erit, quod ex Cupro & Regulo Martis attraxerit. Et hoc erit quinquageſima pars ponderis, quod aurum habuit. Scoriæ ſubrubræ igneo ſuo ſapore linguam ferientes Salem petræ, & Cuprum ac Regu-

.egulum in ſcorias redacta continent, quæ ſi à ılepetræ ſeparare volueris, mox ubi regulum ecuſſeris, in crucibulum, poſt effuſam mateam, in fornacem repoſitum remittes, carboem materiæ in crucibulum injectæ impones, rucibulum probè opertum carbonibus circunabis, ac eos incendes, ut materia in crucibulo er quadrantem horæ partem ſtrenuè fluat. In ac operatione carbo, aut carbones impoſiti meılla, nempe Cuprum & Regulum Antimonii ræcipitando à Salepetræ ſeparant, ut Cuprum um Regulo miſtum in Regulum ſubſideat, & alpetræ fixus ſeparetur, ac ipſi Regulo inſideat, quo refrigeratus decutiendo removeri poteſt. i operatione ritè defunctus fuerit, ferè omne uprum, & omnem Regulum recuperabis: Ipſi erò Salipetræ parum etiam deceſſit, qui aliam aturam induit, fixus evaſit, ac Salis Tartari viibus reſpondet. NB. quia Scoriæ illæ non adeo erfectè per carbones à Salepetræ removeri poſunt, quin hic Cupri, & Reguli ſemper aliquid ecum retineat, quod carbones præcipitare non otuerunt, in calido aliquo loco, ne humiditate iſſolvantur, conſervari poſſunt, ut, ſi copiam eaum collegeris, prunis ſive carbonibus candenibus per fuſionem reductæ metalla ſua reddant; qua de re inferius plura dicentur.

Hic labor licet rudium & imperitorum captui ıon conveniat, factu tamen facilis eſt omnibus is, qui aliquam ſaltem metalla fundendi cogni-

tionem habent. Operandi modos, qui omne tàm accuratè tradi non possunt, ut mox quivi imperitus eos intelligendi capax reddatur, scia oportet; qui hunc laborem suscipere cogitat Veritatem scribo, & quidem adeò aperte, u apertius scribere nequeam. Qui, quæ scribo, intellexerit, lætitiâ, & emolumento afficietur. Qu non intellexerit, si à præscripta mea doctrina ab errando sibi ipsi damnum intulerit, sibi illud imputet, & in me culpam non transferat. Non tyronibus, & laborum igne peragendorum imperitis scribo, sed iis tantum, qui aliqua cognitione præditi metalla liquefaciendo rite tractare norunt. Quæret hîc aliquis, utrum hoc Auri augmentum ex Cupro, an verò ex Antimonii Regulo oriatur? Respondeo: Ab utroque Cupro tamen magis quàm Regulo. Nullum enim Cuprum, aut Antimonium reperitur, ex quo prædicto modo aurum non eliciatur, cum utraque, aurum invisibile & spirituale, unum tamen plus altero, in se contineant, & cum auro fusa ipsi hoc allicienti & attrahenti concedant. Quotiescunque igitur Cuprum, & Antimonii Regulus ac Salpetræ cum auro colliquantur, & ab eodem rursus separantur, toties auro augmentum accedit, adeò ut labor hic singulis diebus octies aut decies repetitus haud contemnendo incremento aurum aucturus, &, præter omnes impensas quotidie insumendas, unius ex centum florenis lucrum redditurus esset. Lucrum certe iis, qui pecuniam

pecuniam in fœnore ponere cupiunt, longè honestius & tutius, quam si fœnoris causa aliis nummos suos credendo, sortem cum usura periclo exponerent.

Verum enim vero cum labor hic crucibulis perficiendus, sicuti etiam grandioribus crucibulis perfici deberet, si lucrum aliquod expectandum esset, molestia & difficultate neutiquam careat, ac præterea eodem vix quater, aut quinquies quis diebus singulis defuncturus sit, si grandiora crucibula adhibere vellet; ut non dicam, quod ex parvorum crucibulorum usu, licet decies, aut undecies quotidiè adhibeantur, exiguum admodum lucellum prodeat: Apponam hunc modum omnia crucibula removentem, & in eorum locum focos reponentem, qui neque fundando materiam liquatam effundunt, neque rumpendæ, aut rimis dehiscendo eandem dimittunt, ut crucibula faciunt, sed in furno aut fornace semper manentes omnem impositionis, & exemptionis molestiam respuunt. Crucibulum enim, quantumvis bonum, quod sæpius exemptum aëri frigido exponitur, & ex aëre frigido iterum in subitum, & fervescentem calorem transfertur, facili admodum negotio rumpi solet. Ex quibus omnibus patet, quantis molestiis & periculis obnoxius sit hic labor majoribus crucibulis utens, quibus ruptis, materia liquata effluit, & auri quantulacunque jactura omne lucrum speratum aufert, adeo ut hîc majoribus crucibulis

cibulis abſtinendum ſit, quamvis labor ipſe m gnum commodum allaturus eſſet. Foci aute boni & fortes ad hunc laborem perficiendu ſine omni periculo adhibentur. Tamdiu eni in Fornace relinquuntur, quamdiu boni ſur maſſaque ipſa liquata non effluit. Si hunc m dum operandi per focos non inveniſſem, oper tionem ipſam quoque non divulgaſſem. Eſt at tem talis, ut ſequitur.

## *Focos parandi Modus.*

COnficiendus datur circulus aut annulus fe reus quadratus, aut rotundus, unum dig tum craſſus, quatuor altus, uno, quam altero la tere aliquanto anguſtior, interiore ſuperfici probè lævigatus, ac duas anſas habens, cujus ma gnitudinem & ſpatium materiæ quotidianis la boribus tractandæ quantitas tibi definiet. Fo cum paraturus lævi alicui lapidi annulum tuur impones, ipſique lapidi probè incumbenti, ter ram tuam ritè apparatam ità immittes, ut annul ſuperficiem ſuperiorem parum ſuperet. Han malleo ferreo latam extremitatem alteram ha bente fortiter, & firmiter in annulum iſtum fer reum impinges, ictus validos multoties repeten do, ac reliquam terram annuli ſuperficiem ſu perantem cultro abſcindes, ut annuli ſuperficie exæquetur. Exæquatam cum annulo auferes, la pidis ſuperficiei tenui arenâ, aut potius crucibu-

lorun

l:um contusorum pulvere tenuissimo constra-
t cum annulo inversam impones, ac alterum
l:us, quod lapidi incubuerat, eodem pacto for-
ter compinges, ità ut utrumque terræ latus for-
ræ, seu annulo isti fortiter impactum maneat.
Hic ratione parato foco, latus majus cultro cur-
v duo manubria habente ità excavandum est,
t à superficie annuli usque ad medium declivi
rtunditate se inclinans in medio digiti ferè craf-
siem, & ad annuli superficiem ejusdem crassi-
t:i spacium retineat, atque ita patinæ alicui ro-
tndam aut Sphæricam cavitatem habenti simi-
l evadat. Tales foci, sive testæ cineritiæ auro
vl argento ad puritatem deducendis inservien-
t: in fodinis metallicis, ac officinis monetariis
prari solent. Tandem excavata illa rotunditas
lvi & rotundo malleo ubique lævigandа, &
post lævigationem totus focus cum annulo in-
versus lævi asseri, sine agitatione forti, impo-
nendus est; Si interior annuli superficies oleo
olita fuerit, facilius annulus ab ipso abstrahetur
fco, qui calido aëri expositus paulatim exsicca-
tr, tandem aut planè soli ipsi exponendus, aut
lidæ fornaci imponendus, ut omni humiditate
ablatâ requisitam siccitatem consequatur, ante-
quam, ut igne induretur, in furnum reponitur.
Nisi enim probè siccatus fuerit, in furno rimis
dhiscet, & ad hunc laborem planè inutilis
it.

Foco exempto, & reposito annuli superficies
interior

interior iterum oleo aut pinguedine aliqua o linendus eſt, at rurſus alius focus, conficiatu quorum tot parari poſſunt, quot vel neceſſit poſtulat, vel terræ paratæ copia permittit. Te ra, quam excavatio reliquam facit, eodem pact dùm adhuc humida eſt, annulo impacta, & p rata focos eoſdem ſuppeditat, adeò ut nulla pla terra pereat. Imò etiam terra iſta inſervit con ciendis operculis, illis arcuatis, quibus foci t guntur, ut carbones nulli in materiam impoſ tam & liquatam incidant. NB. Duobus malle non opus eſt, cum unus ſufficiat, una extremit te manum tranſverſam latus, ac lævus, ac alte rotundus, ut addita imago monſtrat.

## *Ratio conficiendi focorum Opercula, quæ* Muffel *vocantur.*

PRimo forma ex ligno paranda foco magnitu dine reſpondens, ſed non uno manubrio, u illæ, quæ ad conficienda opercula focorum, i quibus argentum purum redditur, adhiberi ſo lent, verum duobus collis oblongis, ac ſine ri mis, aut crenis, quæ aliàs incidi ſolent, ut oper culum ità integrum maneat. Deinde huic for mæ ligneæ terra applicanda, & uſitato mor operculum fingendum eſt.

## *De Fornacis, aut Furni figura.*

FOrnax ità eſt ſtruenda, ut intus ſpacium tale obtineat, in quo ubique circumcirca focum medio conſiſtentem, inter ipſius extremitates, & Fornacis parietes internos pro carbonibus tranſverſæ manus intervallum ad minimum reſtet. Ea propter foci magnitudo, fornacis magnitudinem metitur. Perinde autem eſt, ſive rotunda, ſive quadrata fuerit, modo bonis lateribus, aut lapidibus idoneis, & luto, aut terra ritè parata conſtruatur. Spithama ad minimum intereſſe debet inter fundum & craticulam, quam eam in fornace firmam eſſe non oportet, ut quatuor pedibus inſiſtens, per anterius fornacis latus ſemper apertum, immitti, & extrahi poſſit, quandocunque neceſſitas id poſtulat. A craticula adhuc Spithamæ altitudine exſurget Fornax, undique ſtructurâ concluſa, & nullibi januis patens. Supra hanc Spithamæ altitudinem relinquendum eſt foramen manum tranſverſam latum, & altum, per quod focus inſpici, & metalla commixta imponi, & eximi, igniſque tranſitum ſuum habere queat. NB. Si autem focus latitudine ſua Spithamam tranſverſam ſuperaret, ac ideò ipſa Fornax major quoque eſſet, tum foramen illud nimis parvum, igni tranſitum debitum, & ſufficientem negaret; cui difficultati ut occurratur, proportionis debitæ habitâ ratione

& illud

& illud foramen majore ſpacio amplificetur n
ceſſe eſt. Ab hoc foramine ventilatione ſi
ignem nutriente, altitudine duarum Spitham
rum adhuc uſque ad ſummum foramen Fornac
per quod carbones injiciendi, ſtructura ej
aſcendat. Porrò ferreum conficietur operculur
concavâ ſuperficie clavis ferreis infixis, quib
lutum obductum inhæreat, ſcatens, & conve
ſive ſuperiori, anſa aut manubrio munitum, q
prehendatur, quando foramen injiciendoru
carbonum cauſa aperiendum, & poſt injecto
carbones iterum claudendum eſt. Laborem exo
ſurus cratem primo immittes, ipſique pede
aut fulcrum ex luto firmo factum, huic vero fo
cum paratum, focoque operculum, cui *Muff*
nomen eſt, impones. Hujus anterius collum a
terius foramen, & poſterius poſteriorem Fornac
partem attingere debet. Ipſe pes quoque focu
fulciens, collo, quod ipſum habere oporte
priorem etiam Fornacis partem tangere debe
ut ſpatium inter focum & Fornacis parietem in
tercedens probè claudat. Si etiam operculi, ſiv
*Muffelæ* collum, fundi collum, & parietem an
teriorem attingendo non ſatis arctè clauderet
juncturæ iſtæ luto pilis mixto opplendæ, & oc
cludendæ ſunt, ne igni per illas exitus pateat, cu
alius tranſitus quam per operculi dicti poſteriu
collum, & ſub ipſo operculo in focum, & e
foco per anterius collum non eſt concedendus
Si ignis alium tranſitum, præter dictum, & qui
den

em per anterius collum, nactus fuerit, metallo on ſuppetet fervor, qui illud liquefaciat. Ideò ujus rei, tanquam potiſſimum totius fornacis onſtruendæ artificium concernentis, etiam poſſima ratio habenda eſt, ut Fornax debitâ proortione & formâ erigatur. Sub crate ferreum ornaci aptandum oſtium regens ignem, qui ejus e augeantur, aut minuatur, prout neceſſitas ſſerit. Cæterum foramen alterum in ſuperiore anteriore Fornacis parte igni tranſitum præens, per quod metalla foco imponuntur & eximuntur, oſtio quoque muniri vult, ut, neceſſita requirente, ignis regatur, &, ſi nimius fuerit, hibeatur. Eidem caminus parvus aptandus, ui metallorum & carbonum fumum admodum oxium excipiat & emittat, ne operatori danum inferatur. Omnibus his ritè paratis, Forx probè ſiccata carbonibus implenda, & operlo contegenda, prunaque unâ & altera cratilæ inſertâ, januæ claudendæ ſunt, ut ignis pauim accendatur, atque ità periculum caveatur, uod aliàs foco, & operculo, quo tegitur, ab nis ſubito impetu imminet, cum facilè rumpi leant. Fornace, foco, ac operculo focario pro candentibus, cochleari ferreo metalla, nimim aurum, cui augmentum accedere debet, & prum atque Regulus Antimonii, ex quibus ro augmentum petendum, foco immittentur, ferior magna, & media janua parva aperientur, ignis viribus acquiſitis metalla confeſtim in

foco liquefaciat, quibus ritè liquefactis cochlea-
ri ferreo parum Salis petræ in pulverem ſiccum
redacti injiciendum, qui mox materiæ iſtius li-
quidæ portionem in ſcorias mutabit. Eodem
non amplius fluente, & ab operatione in metalla
deſinente, ac inſtar ſcoriæ ipſis incumbente, ali
Salis petræ portiuncula materiæ, ſeu metallis li-
quidis cochleari iterum injicienda eſt, quæ rur-
ſus partem ipſorum in ſcorias mutabit. Hæc Sa-
lis petræ injectio tamdiu continuanda eſt, donec
ſcoriæ non amplius duræ fuerint, ſed inſtar aqu
liquidæ maneant: id quod indicium eſt, Salem
petræ Cuprum, & Regulum Antimonii ab auro
abſtraxiſſe, & operatione ſuâ defunctum eſſe.
Tantum autem Cupri & Reguli Antimonii foco
imponendum non eſt, ut hic, ubi debita Salis pe-
træ portio adjecta fuerit, uſque ad ſummum mar-
ginem impleatur, & carbones in vacuo foco fru-
ſtra comburantur, quod probè notandum. Sco-
riæ fluidæ ex Sale petræ, Cupro, & Regulo Anti-
monii tamdiu ſuprà Aurum in fluxu conſervan-
dæ ſunt, quam diu focus illud tolerare poſſe viſu
fuerit. Nam quò diutius aurum ſub his ſcoriis in
fluxu ſuo manſerit, eo plus auri ſpiritualis e
ipſis attrahet, & corporale reddet: atque ità eo
majore augmento locupletabitur. Majoris cer-
titudinis tamen causâ Scoriæ, poſtquam decem
aut duodecim horarum fluxu Auro incubuerint
ex foco eximi poſſunt, ut hoc inſpiciendo anim
advertatur, an adhuc ſatis fortis, par eſſe poſſi

diutiu

iutius ſuſtinendis ſcoriis , quæ in diuturniore
uxu conſiſtentes focum attenuare, & foramini-
us perforare ſolent, præſertim ſi ex terra bona,
: ignis patiente paratus non fuerit. Si igitur
ecum adhuc ſatis fortem , ac craſſum , & fora-
ninibus non perforatum deprehenderis , ſcorias
uro in foco jacenti iterum adjunges, eaſque tam-
iu in fluxu conſervabis, quamdiu focum huic
perationi ſufficere poſſe putaveris. Scoriis quo-
ue in fluxu ſe condenſantibus , ac difficilius
uentibus aliquid Salis petræ recentis injicias
portet, quo ad magis tenuem fluxum reductæ
ò facilius alimenti, & augmenti particeps red-
ant Aurum, quod in hac operatione ſeminis lo-
um obtinet, ſicut Cuprum & Antimonii Regu-
s terræ vices obeunt, Auro alimentum , & au-
mentum ſuppeditando; In pluviæ locum ſuc-
edit Salpetræ, qui terram humectat, & fertilem
ddit. Quò diutius igitur Aurum in hac terra
cet & creſcit, eò plus augmenti creſcendo ac-
uirit. Poſteaquam verò focus igni tolerando
on amplius par fuerit, aut ab ipſo opere ceſſare
olueris, inferiorem januam aperi , & operculum
ſupremo foramine remove, ut ignis fervor à
co recedens per foramen illud ex fornace diſ-
dat , atque ità ſcoriæ craſſiores evadant, au-
mque ſub ipſis dureſcat. Scorias unco ferreo
nſim ab auro abſtrahe, ut hoc integrum , & in
nam maſſam compactum in foco remaneat, &
anorum inſtar ſcoriis non miſceatur, ac detri-

mentum afferat. Omnibus ſcoriis exemptis, au rum ferro in cuſpidem acutam deſinente, & ip jacenti ſubmiſſo liberandum eſt à foco, ac forc pe eximendum, & ponderandum, ut, quid au gmenti ipſi acceſſerit, deprehendatur.

NB. Quamdiu vigorem ſuum focus conſe vaverit, ſatius erit, ut maſſa non eximatur, ſed i continuo fluxu ſupra Aurum relinquatur. La bor improbus non eſt, quandoquidem, prior. bus carbonibus conſumptis alii ſolummodo ſul mittendi, ità ut hæc operatio, ſi modo foci pr bè confecti fuerint, aliquot dies ſine intermiſſic ne continuari queat, quod etiam fieri debet, emolumentum aliquod ſperandum ſit. Emolu mentum, inquam, de quo neutiquam dubitar dum, ſi operatio rectè inſtituta fuerit. Præcipu verò ſi bonum Antimonium, & ferrum bonum ex quibus Antimonii Regulus conficiendus, ſup petant. Nam quò plus Auri ferrum, Antimo nium & Cuprum continuerint, eò plus Auri vo latilis Aurum fixum, & ſub iſtis liquatum ad ſ trahet. Si autem iſtorum metallorum Auro ple norum penuriâ laboraveris, & vulgaribus con tentus eſſe coactus fueris, nihilominus operatio ne tuâ augmentum nanciſceris. Intereà tamen meliora metalla nactus, etiam quæſtuoſiore ope ratione majus lucrum acquires. NB. Ubi metal la Aurum continentia in promptu fuerint, non opus eſt, ur primæ ſcoriæ in tàm diuturno ſupra Aurum fluxu conſerventur, cum mox, poſt-

quam

iam à Salepetræ Cuprum, & Regulus Anti-
onii ſubacta fuerint, unco ferreo removeri ab
uro, & mox nova metalla ſubmitti, & per Sa-
mpetræ in ſcorias redigi poſſint. Labor hic
oriis detractis nova metalla ſubmittendo ite-
tus & continuatus longè majus augmentum
uro collaturus eſſet, quoniam Cuprum, Fer-
m, & Antimonium quandoque multum Auri
rporalis recondunt, quod in metallorum illo-
m in ſcorias redactione mox ſe Auro aſſociat.
uando igitur ſcoriæ detrahuntur, ac ſæpius no-
a metalla in ſcorias redigenda ſubjunguntur,
eri non poteſt, quin Auri major copia ſe offe-
t, quam ex primis ſcoriis prodeat, in quibus
lummodo Aurum illud Spirituale ab Auro fixo
dito corporeum redditur. Novorum metal-
rum additio, & ſcoriarum abſtractio quotidie
cies, quindecies, imò & vigeſies iterata ma-
um Auro incrementum adjungat neceſſe eſt,
metalla aurum ſpirituale & corporale compre-
endant.

Scoriæ abſtractæ in Fornacis ejuſdem foco
uorum plures in promptu eſſe debent) reduci,
Cuprum cum Regulo ex ipſis præcipitari, &
uſus alios, quorum cætera mea ſcripta paſſim
eminerunt, adhiberi poſſunt. Præcipitantur
item injectione pulveris carbonum, aut Anti-
onii. Ratio præcipitationis hæc eſt: Salpetræ
lphurea metalla Cuprum puta, & Regulum
ntimonii Martialem abſorbuit, ac in ſcorias

mutavit. His ſcoriis ſi aliud aliquod Sulphur i jiciatur, quod Salpetræ magis appetit, quam C prum & Regulum Antimonii, his, quæ prius a ripuerat, dimiſſis, ac ideò fundum petentibus, i lud arripit. Tàm purè autem Regulus & C prum præcipitando ſeparari non poſſunt, qu aliquid ex ipſis adhuc Salipetræ adhæreat. U; hæc figi poſſunt, ut in fuſione rurſus aurum re dant, aut fixum Nitrum ex ſcoriis aqua pluv extrahitur, aliis poſtea laboribus adhibendur ut in ſequentibus docebitut. Reſiduæ ſcor uſui quoque adhuc eſſe poſſunt figulis, quibus a vaſa ſua figulina vitro obducenda inſervient. V rumenim verò ſi ſcoriæ & Salpetræ non ſep rantur, ſed unà relinquuntur, ſive figan tur, ſive ad Salispetræ confectionem, au agrorum ſtercorationem, de qua mox dicetu uſurpentur, plus tamen commodi afferent, quar ſi à ſe invicem ſegregentur. Modi hæc faciend quiſque ordine ſuo, deſcribentur. Prius tame Probam exhibere conſultum mihi viſum fuit, u unicuique innoteſcat rei hujus certitudo, quo videlicet non ſolum labor hic utilitatis non con temnendæ operatores participes reddat, ſed etian veriſſimum, & certiſſimum Auro incrementun accedat. Ut etiam eo audacius, & confidentiu ſuſcipiatur hoc opus magnâ operatione inſti tuendum, Proba & experimentum, quo Aur incrementum ex Cupro & Regulo Antimoni accedere demonſtro, ſic ſe habet.

Accipe

Accipe frustulum Argenti auro suo per aquam fortem orbatum, ut ità nihil amplius auri inesse ipsi certo scias; cui tantum Cupri, & Reguli Antimonialis in fusione adjunges, ac utrumque iterum per Salem petræ in scorias redactum ab eo separabis, ut Argentum malleabile aut ductile remaneat. Hoc in aqua forti solutum instar pulveris subrubri aurum, quod ex Cupro, & Antimonii Regulo sibi attraxit, in fundo non solutum relinquet. Quantum jam hujus Auri fuerit, tantum & non plus Auri corporalis Cuprum, & Regulus Antimonii continuerunt, quod Argentum absorbuit. Scoriæ nullum amplius Aurum corporale possident; sed spirituali abundant, quod sequenti experimento comperies. Scorias illas novo crucibulo immissas pauco carbonum pulvere tege, ac crucibulum Fornaculæ, cujus ignem ventus regit, impone, ut omnis materia liquescat: In liquatione hac Salpetræ, sive Nitrum mavult aggredi Sulphur illud in carbonibus, quàm in metallis, ac eidem se associans Cuprum ac Regulum Antimonii dimittit. Quo facto, massa liquata in receptaculum ferreum effunditur, & ab ea refrigerata decutiendo Regulus, qui in fundo subsedit, semovetur, qui erit idem Cuprum & Regulus Antimonii, quæ corporali suo Auro Argentum orbavit; quod demonstro, ut sequitur.

Accipe frustulum Argenti cuncto suo Auro nudati, quod cum dicto Regulo per fusionem

conjunges, & eodem, quo dictum est in antecedentibus, modo massam liquatam per Salem petræ in scorias rediges, ac ab ipsis in receptaculum effusis, & refrigeratis Argentum separabis. Hoc in aqua forti solutum nullum pulverem subrubrum, ut prius Argentum, in fundo relinquet. Unde luce meridianâ clarius patet, Cuprum, & Antimonii Regulum omne suum corporale Argentum priori Argento in fusione concessisse, quod tamen paucum nemini emolumento esse potest, nisi hoc labore cum novo Cupro & Regulo Antimonii multoties repetito majus lucrum acquiratur. Quoniam vero hæc iteratio Cupri & Reguli Antimonialis, ut & Salis petræ copiam haud exiguam, ut Argentum ad Auream naturam traducatur, requirere solet, ac prætereà non unusquisque Cuprum, & Antimonii Regulum auro suo privata emolumento aliquo sibi utilia reddere, aut ad alios labores adhibere, novit, ipseque Salpetræ haud raró pretio satis magno venditur, haud multum profectò commodi ex eodem hoc labore proficisci posset. Commodum tamen haud exiguum ii consequentur, qui post Auri extractionem metallis illis, Cupro puta, & Antimonii Regulo, ac Salepetræ uti noverint, quod in cæteris meis scriptis passim monstravi. Non tamen ità cum Argento, quam cum Auro, cum quo dicta metalla liquata, & in scorias à Salepetræ mutata, longè majus lucrum afferunt. Nam Argenti aliquid consumitur,

ir, ut ipsi aliquid decessisse deprehendatur: uro nil deperit, si crucibula firma nihil de assa liquata effuderint, aut emiserint. NB. Si rgentum aliquem quæstum conferre deberet, errum, Antimonium, & Cuprum Auro prænantia conquirenda, & ab Argento sæpius absahenda, ipsaque metalla ad hunc laborem urpata post usurpationem ad usum emolumenim afferentem transferenda essent, ut de Saletræ non dicam, qui ab illis ipsis longè minobus sumptibus conficiendus esset, quos emomenti Argento consequendi desiderium tenet. Nos experimenta hæc in medium attulius, ut demonstraremus, unumquodque Cuum, ac quemvis Regulum Antimonii & Feraliquid Auri corporalis possidere, & in scoas redacta Auro, vel Argento adjuncto concere; Præter illud verò nihil amplius ipsis exrqueri posse, nisi in scorias per Nitrum redaa aliquandiu suprà Aurum & Argentum, & aidem supra illud melius, quam supra hoc, in axu conserventur, ità ut indesinens Auro aunentum se insinuare posset, quod sequenti exrimento parvo quilibet experietur.

℞. Cupri & Reguli Antimonii, quibus jam rporale suum Aurum ab alio Auro addito subactum est, ut nullum amplius in ipsis residuum , quantillum vis, cum Auro liquefac, & uprum ac Regulum per Salempetræ, consuemodo, in scorias converte, quas per quinque,

 sex,

ſex, octo, aut decem horas in fluxu ſuprà Aurum conſervabis, ac cum Auro poſtea in receptaculum effundes, quod à ſcoriis ſeparatum, & ponderatum pondere ſuo tibi monſtrabit augmentum, quod ſibi hac operatione adſcivit. Augmentum hoc ex duplici illâ materiâ additâ, Cupro nimirum, & Regulo Antimonii Mart. profectum eſt; ità tamen ut ex illo plus, quàm ex hoc acceſſerit, quod hoc experimentum docebit.

℞. Partem unam Argenti, quod omnis Auri expers eſt, & unam partem Reguli Antimon. Martialis, crucibuloque impoſitas Salispetræ adjumento, uti jam ſæpius dictum eſt, in ſcorias redige, probéque liquefactas effunde in receptaculum fuſorium oblongum, ut in virgas tenues abeant; quæ ubi refrigeratæ fuerint, ſcorias malleo ſeparabis ab Argento, quod purum, album, & facilimæ erit fuſionis, ſed Auri nihil omninò continebit. NB. Sed ſi Argento & Regulo Antimonii etiam Cuprum addideris, & materias eaſdem Salispetræ auxilio in ſcorias mutaveris, atque ita in ſcorias mutatas probéque fuſas in receptaculum infuderis, ità ut ſcoriæ tantum ſuprà Argentum fluant, hoc idem Argentum malleo à ſcoriis ſuis ſeparatum, vel aquâ macerando ab iis ſejunctum ea parte, quæ ſcoriis fluidis tecta fuit penitus invenies deauratum, & quidem ità deauratum, ut vix digitis elui queat, quod Aurum ex Cupro potiſſimum ipſi ſe adjunxit. Si enim ex Regulo plus Auri acceſſiſſet,

:t, etiam Argentum eodem fusum necessario eauratum foret, quod tamen sine Cupri accessione fieri non solet. Hinc tamen non est, cur liquis sibi forsan persuadere posset, se Regulo Antimonii omisso idem ex Cupro augmentum onsequuturum esse, eo quod potissima Auri ars ex Cupro proveniat. Nam sine Antimonii Regulo Cuprum se per Salempetræ in scorias reigi non patitur, atque ità necessario postulat, it dicto modo omnes illæ materiæ conjunganur, si quid emolumenti acquirendum est.

Habes hîc, Benevole Lector, Specimina satis multa, quæ tibi ad rei certitudinem & veritatem explorandam sufficiunt: Cuivis jam integrum est majoribus & prolixioribus operationibus viam præscriptam suscipere & ingredi, ut ucri optati compos fiat. Eum in finem describere, & revelare eam volui, ut avaris illis Euclionibus & fœneratoribus, qui sanguisugarum nstar succum & sanguinem miseris & pauperibus exsugunt, & tamen nunquam exsaturari olent, meliorem & honestiorem indicarem modum, & rationem cujus ope divitias & facultates suas, quibus animam, & salutem suam confidunt, augere queant. Etenim me non latet, quomodo jam cum hominibus non corde sed ore Christum profitentibus comparatum sit. Divites magis ac magis pecuniæ corradendæ, & accumulandæ inhiantes nihil pensi habent, num divitiis per fas aut nefas potiantur, cum tamen illas

illas non ut proprias possideant, sed à Deo accipiant mutuo, quò ad debitum usum adhibeant Dei nimirum gloriam, & proximi egeni commodum. Sed multò aliter, proh dolor, ævo hodierno evenire, imo & contrarium planè fieri videmus. Nam si tenacissimus aliquis Euclio hodiè magnam pecuniæ vim corrasit, ac nescit, quo pacto eam impendat, ut plures divitias eadem corradendo granaria & cellas distentet, Judæo alicui paratam suam pecuniam tradit, ut tanquam acuto cultro Christianos deglubat. Religioni profecto duceret Christiano alicui eandem concredere, ut quinque aut sex florenorum pro centenariâ sorte usurâ quotannis fruatur, cum inter Christianos usura major odiosa sit, & probro ducatur. Ideò majoris usuræ causâ Judæos accedit acerbo ejusmodi gladio miseros Christianos jugulantes & deglubentes. Etenim hi decem florenorum usuram pro Centenariâ ejusmodi sorte Euclioni isti solventes, eandem pecuniam iterum pauperi alicui & necessitate afflicto dare mutuo solent, ac duplam accipiunt usuram, viginti scilicet florenorum, quam à Christianis aliis poscere Euclio iste, Christianus non re sed nomine, postulare non audet. Ità pauperes Christiani falsorum Christianorum pecuniam à Judæis mutuo accipere & viginti florenorum usuram solvere coguntur. Atque hodierni Mundi mos hic apud Christianos hodiernos viget. Annon longe melius, & hone-

honeſtius facerent illi qui Auro & Argento cumulati, & eorundem augendorum avidi dictâ & præſcriptâ ratione uterentur, cum opulentiam ſuam meliore conſcientiâ augendo neque Deum, neque homines offenſuri, nec ulli injuriam facturi, ſed potius honeſtum & legitimum exercitium habituri eſſent, quo ſine ullius hominis moleſtiâ & incommodo ſortem ſuam augere, & proximo ſuo egeno ac in anguſtiis conſtituto opem à Chriſtianâ dilectione injunctam ferre poſſent. Accedit quod hac ratione de ſorte ſua certi non cogantur eam periculo exponere, & vereri, ne ejuſdem cum uſurâ jacturam faciant, quandoquidem domi ſervant, & majus inde lucrum acquirunt, quàm ſi Judæis Chriſtianos ejuſmodi technis peſſundantibus mutuo darent. Eâ de cauſa opus fuit, ut hanc operationem publici juris facerem, ſi forſan reperirentur, quibus eandem effectui dare placeret. De commodo & utilitate non eſt cur quis dubitet, ſiquidem de rei certitudine propoſitis experimentis periculum facere poterit, antequam operationem ipſam majorem aggrediatur. Materiæ paratu ſunt faciles. Ungaria, & montes inter Bohemiam & Miſniam interpoſiti magnam Antimonii copiam ſufficiunt; Cuprum ubique reperitur; Saliſpetræ ingens vis paſſim ex lignis parari poteſt; Carbonum quoque nulla eſt penuria: Nihil hîc niſi homines ſeduli & prudentes deſiderantur, qui operationem hanc effectui dare

non

non recuſent. Rerum mearum ſategi, plura me Deum non poſtulaturum ſpero. Quod totie dixi, repeto, & adhuc dico, quod hæc operati vera ſit, & maximam utilitatem afferat, mod rectè, & debito modo inſtituatur. Inter ea, qu ad operationem requiruntur, Salpetræ prima tenet; Quem qui ſine magnis ſumptibus & im penſis parare noverit, eum moneo, ut operatio nem audacter aggrediatur. Sin verò magno pre cio conſtiterit, nemini author ſum, ut eam ſuſcipiat, in quâ Salispetræ magna copia comburitur, & conſumitur, è contrario verò Antimonii, & Cupri parva fit jactura. Poteſt autem hoc Auri augmentum optimè cum Vegetabilium augmento comparari. Vegetabili aliquo ſemine ſi ager aliquis probè ſtercoratus conſeratur, illud nutrit, & auget; Quodvis verò ſemen etiam illud attrahit, quod ipſius augmento, & nutrimento inſervit; reliquum ſibi inutile omittit. Idem etiam de Auri augmento hoc intelligendum eſt. Sicut enim terra omnis generis herbas ſpirituali modo occulit, & nihil corporale, viſibile aut palpabile in lucem profert, niſi illud à ſemine, quod terræ inſeritur, attrahatur, & hac ratione ſeminis naturâ, efficaciâ, proprietate & viribus, occulta & ſpiritualis eſſentia viſibilis, palpabilis, & corporalis reddatur. Prout ſemen igitur naturâ ſua affectum fuerit, tale etiam corpus, ac non aliud producet. Sicut igitur augmentum hoc Vegetabile non ex

ipsâ

psâ terrâ, quæ per se mortua est, sed ex Sale,
juem visceribus suis occultat, tanquam ex
subjecto & nutrimento universali prodit; Ità
etiam in Metallis fieri solet. Omnia enim me-
alla spirituale Aurum occultant, quod com-
nodius visibile & corporale reddi non potest,
quam additione Auri Corporalis, quod Spi-
rituale Aurum attractum in corpus redigit, ad
quam tamen operationem Metalla omninò, ut
terra in Vegetabilibus, per se mortua & inepta
sunt, nisi per fimum mineralem, i.e. Salem-
petræ, stercorentur, ac viva, & fertilia red-
dantur. Ex quibus omnibus iterum liquet, quod
Salpetræ, augmentum, & nutrimentum illud
Universale æquè in fimo Vegetabilia Terræ,
quàm extra fimum metalla inferiora augeat &
emendet: quod tamen posterius paucis innotuit,
ac ideò etiam proculdubio paucis verisimile aut
credibile videtur. Quicunque tamen ex his, quæ
dicta sunt, nec discere, nec ipsis etiam fidem ad-
hibere cupit, & potest, in eo docendo oleum
& opera perditur, utpote cui inter fratres igno-
rantiæ consenescendum erit. Me clarâ satis, &
apertâ descriptione Auri augmentum ex imper-
fectioribus metallis, Salispetræ adjumento eru-
tum, in lucem emisisse arbitror. Qui capit, &
intelligit, debitâ operatione eo labore defun-
getur. Qui nec capit, nec intelligit, eidem con-
sultius est, ut labore ac temporis, & impensa-
rum abusu supersedeat, & studium suum iis
re-

rebus impendat, quæ ipſius captum non ſuperant.

Scoriarum tandem, quas hæc operatio reliquas facit, ne jactura aliqua fiat, indicare quoque me oportet, quem uſum habeant, & quid commodi afferant. Animadvertendum eſt autem, pauciores, aut plures ſcorias ſuperfuturas eſſe in hac operatione, prout ea exercebitur Si bonum Antimonium, Cuprum, & Ferrum quæ Corporale Aurum contineant, copiosè in promptu fuerint, ac Salispetræ copia ſuppetierit, etiam peculiari viâ proceditur, nec tant: fit nonnulla talium materiarum jactura, ſi non penitus & perfectè ad utilitatem revocatæ fuerint. Materiarum enim iſtarum, Reguli nempe Antimonii Martialis, Cupri Auro prægnantis, & Salispetræ ſi copia ſatis magna ſuppetat, in ſcorias redigendæ ſunt ſuprà Aurum fluitantes, ut Aurum ſuum Auro addito relinquant. Fugacis autem, & Spiritualis Auri, quod continent nulla ratio habetur, ſed cum ſcoriis ſepoſitum quâcunque ratione fieri poteſt, ad emolumentum aliquod revocatur. Auro autem novum Cuprum, & novus Regulus apponitur, ſcoriæque rurſus ad uſum alium ſeponuntur, adeò ut uno eodemque die labor ejuſmodi novas materias adjungendo, & ſcorias toties removendo decies aut duodecies iterari queat. Unde fit, ut Aurum quavis vice inſigni augmento locupletatum uno die plus Auri corporalis ex iſtis materiis

teriis attrahat, quàm Spiritualis Auri quatuordecim diebus attraheret, si materiæ dictæ Spirituale tantum Aurum continerent. Sed ad eum laborem è contrario magna Reguli Antimonialis, Cupri, & Salispetræ copia requiritur, quæ si tolerabili pretio comparari nequeunt, labor majorum erit impensarum, quæ tamen non respiciendæ, cum Metalla, si Auro corporali prægnantia fuerint, sumptus & impensas abundanter sarcire possint, præcipuè si ex scoriis emolumentum acquiratur, quod mox ostendemus. Quod si verò dictarum materiarum copia defuerit, adeò ut ex vulgari Antimonio, & Cupro Aurum Spirituale tantummodo extrahendum foret, tot scoriæ faciendæ non essent, sed sufficeret, ut primæ scoriæ tamdiu in fluxu suprà Aurum aut Argentum relinquerentur, quamdiu aliquid augmenti ipsis concesserint. Nullius verò alterius rei additio intereà requiretur, quam Salispetræ, cujus parum scoriis induratis injiciendum, ut magis fusiles reddantur, & fluxu suo Aurum tegant. Hinc labor tanti non constiturus esset, & non nisi major carbonum copia requiretur. Ipse autem labor etiam adeò molestus non foret, cum tantum duabus aut tribus horis inspiciatur oporteat, & ignis à puero aliquo regi possit. Fornax ipsa etiam si ita strueretur, ut instar pigri Heinzii (ut appellare solent) carbonibus semper allabentibus ignis nutriretur, noctes atque dies operatio sine ulla

inſpectione exerceri poſſet, quæ etiam neceſſario ità fieri deberet, ſi debito modo exercenda eſſet. Metallis vero Aurum corporale continentibus ſi quis abundet, ac ideò poſt ſingulas operationes ſcorias removere, ac nova metalla imponere cogatur, majorem etiam curam, & inſpectionem adhibeat neceſſe eſt, quandoquidem ſingulis horis ſcoriarum detractio & novorum metallorum impoſitio fieri poteſt. In hujus Operationis inſtitutione igitur materiæ ad operandum ſuppetentes reſpiciendæ ſunt, quæ naturæ ſuæ convenientem & conſentaneam operationem poſtulant, ut exſpectato commodo & lucro ſuum operatorem locupletent.

Porrò, nec Antimonio, nec Cupro aut Ferro, quæ Auro corporali abundent, in promptu exiſtentibus, ac ipſo ſolo Salepetræ abundanter & ſine magnis ſumptibus parato ſuppetente, aliâ ratione operatio inſtituenda, & adminiſtranda eſſet. Nam poſtquam Regulus & Cuprum in fluxu ſuper Aurum per Salempetræ in ſcorias redacta ſunt, non detrahuntur, & removentur ab Auro, ut aliâs fieri ſolet, ſed Cuprum cum Regulo per pulverem carbonum ex Nitro præcipitatur, quâ in præcipitatione Aurum in ſcorias redactum metallum ad ſe recipit, ità ut ſolum Nitrum fixum removeri debeat, poſteà ad alios uſus denuo adhibendum. Cuprum autem & Regulus novi Salispetræ additione rurſus in ſcorias rediguntur, ac ex Salepetræ per pulverem carbonum

bonum præcipitantur, & ipſe Salpetræ iterum removetur. Sic Cuprum & Regulus ſemper in fluxu apud Aurum in foco manent, & nil niſi adjectum Nitrum ſingulis vicibus ſejungitur.

NB. Hic labor quidem tantum Auri non elicit, quantum ille, quo ſemper & ſingulis vicibus novo metalla Auro adduntur: Sed tamen illi operationi præſtat, quæ in continuo fluxu Metalla ſupra Aurum conſervat, & nova non addit. Nam quoties Cuprum cum Regulo à Nitro aduruntur, toties nitrum aliquid Sulphuris ſuperflui ex Cupro & Regulo conſumit, & comburit, quò plus autem Sulphuris combuſtibilis comburitur, & conſumitur, eò plus Auri Spiritualis in ipſo ſolvitur, ac Auro Corporali ſibi adjuncto accedit, ut in ipſo corpus aſſumat.

Atque hæc eſt differentia harum Operationum, ex quibus eam ſeligere quis poterit, quæ ipſi placuerit, aut potius quam materiæ ipſi conceſſerint, quas in promptu habebit. Quamcunque verò aggreſſus fuerit, commodo haud contemnendo afficietur, præcipue ſi Nitrum magno precio non conſtiterit, aut ipſe exiguis ſumptibus illud parare noverit.

## *Quo pacto ex Scoriis post hanc Operationem residuis emolumentum capiatur.*

ARtis ſtudioſus ſciat oportet, inter ſcorias per ſæpius dictas operationes ab Auro remotas diſcrimen eſſe. Illæ quæ ab Auro ſolo in foco remanente remotæ ſunt, & in quibus Nitrum, Antimonium & Cuprum mixta manent, Metallicæ ſunt, ex quibus Metalla, Cuprum puta & Regulus, per carbonum, aut Antimonii crudi injectionem præcipitari & ſeparari poſſunt.

Scoriæ, ex quibus in foco metalla jam præcipitata & ſeparata ſunt, nihil aliud ſunt, quam Nitrum fixum. Differunt quoque ſcoriæ, in quibus metalla per Antimonium præcipitata ſunt ab illis, in quibus præcipitatio per carbones facta eſt. Illæ pluris Sulphuris participes ſunt, hæ paucioris. Nam Carbonum Sulphur naturâ ſuâ ab Antimonii Sulphure differt, & requirit, ut differentia obſervetur, & utræque ſcoriæ ad debitum uſum adhibitæ etiam emolumentum ſperatum afferant. Diſcrimen autem hoc eſt. Quando Cuprum cum Martis Regulo adjectis carbonibus præcipitatur, tunc Cuprum cum Regulo Antimonii præcipitatur, ferrum autem, quod in Regulo fuit, præcipitationem

nor

non admittit, ſed in ſcoriis manet, unde fit, ut Reguli poſt præcipitationem leviores comperiantur, quàm cum in crucibulum immiſſi ſunt. Quicquid igitur præcipitato Regulo decedit, illud neceſſario in ſcoriis remanſit, ac eâ de cauſsâ illæ ſcoriæ durioris & difficilioris ſunt fluxus, & craſſiores illis, quæ poſt præcipitationem cum Antimonio reſiduæ ſunt. Nam quando Antimonio injecto metalla præcipitantur, uni libræ ſcoriarum uncia una Antimonii plus minus, imò etiam plus, quandoque, injicitur, quod omne Cuprum & omnem Regulum à Nitro attractum præcipitat, & promtiorem ſcoriis fuſionem conciliat. Nihil tamen eſt, quod accuratius & certius differentiam doceat, quam ſi ſcoriæ aquâ affusâ eluantur, & in lixivium redigantur. Scoriæ quibus carbones injecti ſunt, clarius & acrius reddunt lixivium, quàm illæ, quibus Antimonium injici ſolet. E contrario Antimoniales ſcoriæ propter Sulphur Antimoniale & combuſtibile ſiccioris ſunt naturæ & proprietatis.

Optimum in utriſque ſcoriis eſt Nitrum fixum, quod ex ipſis aquâ elici, & ad varios uſus cum utilitate haud exiguâ adhiberi poteſt.

Primo ex his ſcoriis Spiritus vini affuſione bona, & medicando apta Tinctura extrahitur, cujus in diverſis Scriptorum meorum locis mentio jam facta hîc ſuperfluam repetitionem non

requirit. Scoriæ ipſæ inſigniter omnibus rebus creſcentibus, ſeu Vegetabilibus medicantur, cum in eorum ſtercoratione omni fimo, & ipſo communi Salipetræ longè antecellant, temperandæ tamen prius, quia nimis igneæ exiſtunt, ſi ità per ſe adhibeantur. Stercorant itaque & augent non ſolum Aurum, ſed etiam puriſſimâ ſuâ eſſentiâ per Spiritum Vini extractâ humani corporis ſanitatem, ac ipſorum Vegetabilium augmentum efficaciter promovent, id quod veriſſimum eſt. Celerius enim, & evidentius Auri augmentum, celeriorem & evidentiorem valetudinis humanæ conſervationem, ut & ipſorum Vegetabilium creſcentium promotionem nec vidi unquam, nec auditu percepi.

Haud injuriâ quis hiſce ſcoriis *Philoſophici fimi* nomen impoſuerit, quia in Vegetabilibus, Animalibus, & Mineralibus creſcendi augmentum, & emendationis cauſa exiſtunt, nec in ejuſmodi operationibus ullum in mundo par, aut ſimile habent.

Ipſarum odor excrementa humana redolet, nec aſpectu ipſis diſpares ſunt, uſu vario tamen efficaciſſimæ.

Magni momenti multa in ipſis deprehendi & animadverti, quæ omnia ut deſcribam, meum non eſt. Quis novit, quæ magna in ipſo adhuc occulta jaceant, quæ me juxta cum plurimis adhuc latent. Illa, quæ hactenus ſcripſi, manibus meis ſæpiſſimè tractavi, & plurimis experimen-

rimen-

rimentis expertus ſum. Non ea trado, quæ auditu ab alis hauſi, aut in libris aliorum legi, cum firmiter ſtatuerim, ea tantum in medium proferre, quæ ipſa experientia infallibilis me docuit, adeò ut unicuique audacter, & ſine ulla dubitatione ipſis fidem adhibere liceat.

Aliàs Nitrum hoc fixum iiſdem præditum eſt viribus, quibus & cætera lixivia fortia pollent: Efficacius tamen eſt quovis lixivio vulgari, eò quod Nitrum maturitate ſua fixum ſalem lignorum ſuperat. Reliquiæ ſcoriarum, ex quibus lixivium extractum eſt, vaſis terreis vitro obducendis inſervit.

Si varius & plurimus harum ſcoriarum uſus hîc mihi deſcribendus foret, Tractatus hic præter inſtitutum meum in grandem librum excreſceret, imò peculiari libro grandi omnia conſcribenda eſſent.

Quem plura de Nitro fixo cognoſcendi lubido inceſſerit, Alteram Furnorum meorum, ut & Alteram Pharmacopœæ meæ Spagyricæ partem, præcipuè verò Explicationem Miraculi Mundi legat, ubi multa admiratione digna inveniet. De fimo Philoſophico plura ſciendi avidus conſulat 35. articulum explicationis Miraculi Mundi in Apologiâ meâ contra Farnarri libellum famoſum, & in hoc Tractatu deſcriptionem mei præli, quo lignorum ſuccus exprimitur. In locis iis inveniet, quæ ipſi dilucidâ explicatione abundè ſatisfacient. Lectori Benevo-

lo igitur unicâ hâc operatione offertur Medicina Vegetabilium, Animalium, & Mineralium defectibus perfectè medicans, pro cujus largitione Deo sufficientes gratias agere non possunt homines ditati admirabili, & incomparabili subjecto Universali, abjecto nimirum & contempto Salepetræ, de quo propediem sequuturâ alterâ Parte *Miraculi Mundi*, Deo dante, pluribus agemus.

Unicâ, inquam, operatione commodum promovetur Summorum, ut aurum suum augere discant, imorum, ut agris suis stercorando fertilitatem concilient, & omnium hominum, ut valetudinem bonam conservent, adeò ut nemo sit futurus, in quem ex ea utilitas non sit redundatura.

Non possum hîc quin commemorem, quid mihi aliquando hanc operationem administranti usu venerit. Quando Cuprum & Regulus Antimonii Martialis fundendo commiscentur, ac Nitri adjumento in scorias rediguntur, materia inde existit mirabilis, quæ pulcherrimis obducta coloribus Iridem aut pavonis caudam æmulatur. Cum igitur eadem operatione aliquandò occupatus colores tam varios conspexissem, mox in eas incidi cogitationes, an ea materia Tincturæ alicui conficiendæ, quæ per projectionem imperfectiora metalla in Aurum commutaret, non apta foret. Præcipuè cum apud plærosque Philosophorum legerim, quod Ferro & Cupro majorem, quàm Auro ipsi, tincturæ copiam attribuant,

uant, cogitandi occaſio mihi oblata eſt, annon hæc conjunctio Martis, & Veneris adulterium à Poëtis decantatum, aut multo potius Philoſophorum Vitriolum eſſet. Hæc enim materia pulcherrimam ſuam viriditatem non ſolum in igne, ſed etiam extrà illum, æquè humida ac ſicca conſervat. Vnde mihi perſuadere incepi, Ferrum eſſe Aurum Philoſophorum, ac Cuprum eorundem Lunam; Antimonium vero Argenti vivi vices obire, ac Nitrum fungi Solventis aut Balnei munere, in quo ſolvantur, & digerantur. Harum rerum omnium conſideratione motus, ut pro ſimplicitate meâ periculum facerem, materias omnes dictas vitro impoſitas Vulcano commiſi, quo per gradus adminiſtrato, omnes unà materiæ in nigrum colorem abierunt. Succeſſit pulcherrima viriditas coloribus variegatis caudam pavonis referens, quæ per aliquot ſeptimanas in igne continuo duravit. Cum autem omnino non mutaretur, tædio tandem affectus pulcherrimam materiam ex vitro exemptam, ac crucibulo impoſitam, ut eo minore labore hac operatione defungerer, furno vitriario impoſui, ac poſt triduum rurſus exemi, ipſamque materiam omnem in ſanguinei coloris vitrum non tamen pellucidum commutatam deprehendi. Crucibulo fracto offendi parvum in fundo regulum colore ferreo, qui plumbo excoctus album reddidit Argentum, quod Aquâ forti ſolutum Auri nihil ad fundum demiſit. In admirationem raptus cogi-

tare cœpi, undenam illud Argentum provenisse quandoquidem ego non Argentum, sed Aurum exspectaveram. Tandem causâ inventá, in eam incidi opinionem, quod ex hoc Subjecto, uno eodemque labore, & rubra & alba tinctura confici possit. Rei tamen veritatem experimentis explorare, & plura investigare per tempus & occasionem mihi hactenus non licuit, forsan inposterum nihil eâ in re tentaturus. Quæcunque hî scripsi, ideò tantum revelare volui, ut aliis quærendi cupidis materiam suppeditarem, in qua examinanda & perquirenda desudent, & cujus pervestigatione aliquid boni consequantur.

Hoc in præsentia operæ pretium duxi monere eos, qui figendo, ut Chymici vocant, subjectum aliquod ad constantiam in igne deducere student, ut vasa sua probe muniant, ac claudant, & probe muniendo & claudendo caveant, ne aër, magnum operationis impedimentum, vel minimum aditum offendat.

Exempli causa: Carbo ligni maximam partem ex fugaci, & immaturo Sulphure paucis fecibus commixto constat. Crucibulo aperto immissus, ac parvo igni impositus mox comburitur, omnibusque consumptis nil nisi parum salsi cineris in crucibulo reliquum facit. Crucibulo autem probè clauso, & contrà aërem munito maximo igni commissus, ac per multos annos in eo detentus necquicquam ponderis, coloris, & corporis sui perdet, ac niger carbo sine ullâ sui mu-

tatione

itione manebit. E contrario verò ſi debito pon-
ere Mercurialis Sal aliquis carboni adjunctus, &
um eo unum tantummodo diem crucibulo in-
luſus, & in igne detentus fuerit, Carbo in ru-
rum, igneum, & gravem lapidem, magis me-
allicum, quàm Vegetabilem mutabitur, cujus
dmirabiles virtutes linguâ pronunciari non poſ-
int. Cum igitur ex fugace & volatili aliquo
egetabili tam brevi temporis ſpatio res fixa &
onſtans ab arte effici queat, cur non multò me-
ius eadem confici poſſet ex Minerali aut Me-
allo aliquo, quæ fixitati longè propiora ſunt.

Ne homines ſuperbi in malam partem inter-
retentur rogo, quod de tam abjectis rebus ſer-
nociner. Licet carbones manus denigrent, mul-
um tamen boni ipſis ineſt, quod qui eruere no-
it, facile eodem manus ſuas poſtea rurſus deal-
abit.

Hæc Sermocinatio, licet de ſerico, holoſeri-
o, Auro, Argento, margaritis & lapidibus non
oquatur, pluris tamen ducenda eſt, quam omnes
otius Mundi facultates & opes caducæ, quo-
niam corporis humani ſalubritas ab eo depen-
let. Quid quæſo commodi afferunt homini am-
liſſimæ ſuæ facultates, & divitiæ, ſi corpore ſa-
no & morborum experto non fruitur. Corporis
valetudo bona profecto omnibus theſauris præ-
tat. Credant hoc avari, aut non credant, verum
amen eſt, & uſque ad Mundi finem verum ma-
nebit.

Plures

Plures fore facilè mihi persuadeo, qui ægrè laturi sint, quod non prolixiorem dissertationem huic materiæ indulserim, sed adeò brevi explicatione eam expediverim. Hi sciant, porcis margaritas non objiciendas esse. Sufficiat manuductio, quæ diligentibus satis superque monstrabit quid ipsis faciendum sit: Sat enim Sapienti. In hominibus negligentibus & socordibus docendis oleum & opera perditur. Nec hominis est Naturæ secreta revelare, si Deo voluntas non permiserit. Quem Deus favore suo complectitur, ille plura dormiens, & somnians consequitur, quàm alius laboriosis, & molestis suis studiis sine Divino favore acquirit. Deus iis dona sua largitur, quos iis dignos judicat. Rectè igitur Apostolus; *Non est*, inquit, *currentis*, aut volentis, sed Dei miserentis. Rectè item Propheta David; *Frustra manè surgitis*, & vesperi curis onerati vos cubitum confertis, ac panem molestiis gravati editis. Quibus Deus est propitius, iis vel per somnum dona sua largitur. Unusquisque, aliquid præstans & egregium nanciscendi desiderio inflammatus, non ab hominibus, sed à Deo illud impetrabit, ac ideò precibus petet. *Ora & labora*, ut vulgare proverbium præcipit. Non tibi per ventos assa columba venit: hæc primo capienda, post deplumanda, hinc assanda, ac tandem edenda erit. Quamplurimi sunt, qui otiando & inertiam sectando ad magna se perventuros arbitrantur? Quid verò adipisci

soleant,

oleant, quotidiana docet experientia, videlicet, quod divitiæ, & bona ipſorum cum fumo per caminum evaneſcant; nec immeritò, cum iſtiuſmodi homines à ſola avaritia ad conquirendas divitias ſtimulentur, quibus acquiſitis nonniſi omnis generis nequitias, & varia ſcelera patraturi eſſent. Ideo Deus capræ tàm longam caudam non conceſſit, quàm vaccæ, utpote quâ tàm longâ ſibi ipſi oculos facilè excuteret.

Sic exhibui Benevolo Lectori in Nitri Sulphurati confectione docendâ veram Medicinam verumque augmentum Vegetabilium, Animalium, & Mineralium, quod tamen non velim, ut ità intelligatur, quaſi ego hiſce affirmare cupiam, nullam Vegetabilibus, & Animalibus Medicinam eſſe aliam, nec Auro augmentum aliud ſuppetere. Hoc enim aſtruere neutiquam cupio, quandoquidem hæc Medicina, ſi Vegetabilibus adhibenda eſſet, nimis magno precio conſtaret. Nec eum in finem hæc ſcribere mihi animus fuit, ſed tantum, ut indicarem, Nitrum Sulphuratum ſummam Vegetabilium, Animalium, & Metallorum Medicinam eſſe, & Animalibus, ac Metallis vix meliorem ſubminiſtrari poſſe. Quantum ad Vegetabilia attinet; ipſis putidum fimum vaccinum, ovillum, aut equinum ſufficit. Niſi eſſent, qui mirabilibus Dei operibus ſe delectandi causâ rem tentare vellent, ac in Tinctura per Spiritum Vini ex Nitro Sulphurato extractâ macerarent alienius Vegetabilis ſemen, & in calido

lido hypocaufto ex ifto femine macerato, he bam aliquam aliquot horarum fpatio crefce tem educerent, atque fic aliis, quibus ejufmc Secreta ignota funt, Magnalia Dei demonftı rent.

Cæterum ejufmodi tinctura in omnibus mc bis humanis plus, quàm totum Pharmacop lium Galenicum, præftabit. Cui vero mod innotuit, cum Tinctura hac aliquod Aurum fp rituale conjungendi, ut hoc ex illa per digefti nem augmentum, & nutrimentum fi adfcifc: ficut Vegetabile aliquod fuum fibi nutrimentu ex terra arceffit, num Medicinam Univerfale facilè non effet confequuturus? *Vniverfalis* d bet & poteft appellari, quia Vegetabilium, An malium, & Metallorum fumma Medicina ex ftit. Qui hîc eam in opinionem fe adduci pat tur, quod eam Medicinam hic intellectam velin cujus adjumento in fluxu Metalla imperfecta i Aurum mutantur, id quod Lapidi Philofopho rum acceptum ferri folet, ille hallucinatur. Tar torum enim Magnalium imperitus & rudis, pa vorum largitione contentus fum, ac pro iis Di vinæ gratiæ fummas gratias ago, femper prom ptus & paratus eorum alios etiam participes rec dendi. Ideo & hâc hyeme Univerfalem Medici nam Vegetabilibus infervientem ingenti copi parare ftatui, ut ejus beneficio ex mera aren frumentum nafci, atque hoc pacto utiliffima hæ inventio infinitorum hominum commodo im

pend

pendi possit: Eo tamen sensu, si ipsi operationem suscipere voluerint. Nam cum mihi mea propria negotia satis onerosa sint, pro aliis labores tales suscipere non possum, atque ideò sufficit, quod hujus operationis suscipiendæ, & ingrediendæ rationem, & viam ostenderim. Quicunque perfectùm & absolutum operandi modum nosse desideraverit, eum apud me inveniet: Non tamen persuasum habeat velim, quod ad ejusmodi operationem agros, sive, ut dixi, arenam stercorandam, & pinguefaciendum Nitrum nimio precio constans adhibere statuerim. Paucis enim horis Sal communis, qui longè minori precio comparatur, ità mutari potest, ut, corrosivâ suâ naturâ & proprietate amissâ, sapore, virtute, & figurâ planè similis sit Nitro vulgari, quod ex pecorum, & pecudum stabulis eruitur, imo bonitate ipsi non solum respondeat, sed etiam in agrorum stercoratione cuivis fimo ovillo aut vaccino antecellat, licet flammam non concipiat, ut Nitrum consuevit. Nemo certè est, qui omnipotentem & clementem Dei providentiam & curam, quam his ultimis temporibus in conservando genere humano adhibet, satis admirari possit. Ideò quicquid spiritum ducit, vitâ fruitur, & se movere potest, ut omnium bonorum Datori indesinentes gratias agat, æquissimum est. Non autem est, quamobrem quis autumet, quod hæc Salis communis inversio multum laboris & molestiæ requirat, aut factu difficilis sit. Etenim adeo facilis

cilis eſt, ut qui ſemel tantum Operationem vid· rit, facilimè eandem & intelligere, & imit queat. Quicunque igitur præclariſſimæ huj artis beneficio commodum acquirendi cupid fuerit, jam ubi ea quærenda ſit, novit. Fieri eni non poteſt, cum paſſim ſatis multi agri ſteril inveniantur, quin maximum commodum acqu ri poſſit.

Miraculum hoc Divinum ſilentio præteri non potui, ſed in Divini Nominis honorem, totius generis humani commodum & uſum r velare debui, ac volui. Nullus in toto Munc locus in poſterum conqueri poterit, quod D Benedictio ſibi denegata ſit. Ubi lignorum c pia ſuppetierit, hæc medicina facili negotio p rari poterit, ut ex iis quæ de lignorum prælo fu tradididi, liquet. Locis lignorum multitudir carentibus Sal communis copioſus non deeſ adeò ut Omnipotens Deus ſuam potentiam majeſtatem omnibus in locis toti Mundo man feſtet. Si homo jam eò impietatis proceſſerit, Divinam Benedictionem repudiet, profectò d gnus non eſt, qui tantæ gratiæ Divinæ particep fiat. Multo ſatius ipſi fuiſſet, ut non homo, ſe porcus evaſiſſet, quo vitæ ſuæ porcinæ tander aliquando ipſi ratio non reddenda eſſet.

III. Munu

# II. Munus omnibus diligentibus Medicis oblatum.

## *Maximi emolumenti Usus Salispetræ in Concentratione Metallorum, & optimorum Medicamentorum præparatione.*

QUanquam in Prima *Miraculi Mundi* parte diverſas Metallorum Concentrationes & emendationes, Nitri adjumento perfiendas, deſcripſi nihil tamen ipſis commune eſt, ım arcano hoc, quod hîc deſcribere ſtatui. Illa ıim arcana imperfectiorum Metallorum emen-ıtionem tantum concernunt; Hoc verò non ılum de Metallorum emendatione, verum iam multorum præclarorum Medicamento-ım apparatu agit, ac ideò aliis operationibus ıngè præponendum eſt.

## *Modus concentrandi & emendandi Metalla per Nitrum.*

)Rimò vir ex ferro conficiendus eſt, duos latos naſos in capite habens, ac in ſupremâ catis parte os, quod aperiri, & arctè iterum claui poſſit. Hic, ſi ad Metallorum concentratioem adhiberi debet, alii viro ferreo aut lapideo

ità inſerendus eſt, ut interius caput ejus ex exte-
rioris viri corpore tantum promineat, reliquun
verò corpus, aut venter reliquus exterioris vir
ventre, ſeu corpore abſcondatur. Utrique au
tem Naſo capitis apponenda ſunt vitrea recepta-
cula, ut vapores ex fervido ſtomacho aſcenden
tes excipere queant. Hoc viro uſurus eum ign
ſanguineum reddas oportet, ut famem & avidi-
tatem cibum arripiendi ipſi concilies. Si maxi
mè famelicus evaſerit, albo olore nutriendu
erit. Qui cibus ubi huic viro ferreo ſuppedita
tus fuerit, ex ipſius ſtomacho ignito admirabil
aqua in caput aſcendet, ac per naſos in appoſit
receptacula defluet; Aqua, inquam, quæ vera
& efficax ægris aqua vitæ erit futura. Ferret
enim vir iſte olorem totum digerendo conſumi
& in excellentiſſimum mutat cibum Regi & Re
ginæ utiliſſimum, utpote quo corroborantu
augentur, & creſcunt. Antequam vero ſpiritui
ſuum olor extrahat cantilenam ſuam cygneai
canit, quâ abſolutâ forti vento animam exſpira
ac aſſatum ſuum corpus Regi cibum relinqui
ſpiritum autem aut animam Diis conſecrat, u
inde fiat Salamandra, hominibus & Metallis ſa
luberrimum Medicamentum.

Operandi hunc modum, quo Metálla con
centrari ſolent, hoc ænigmate ideo deſcribere vo
lui, ut ex eo innoteſcat, fabulam non eſſe, ſe
eundem modum etiam ab aliis Philoſophis ant
me deſcriptum extare. Patet hoc ex Sextâ Clav

Fratr

Fratris Basilii, ubi modus similis traditus reperi-
tur. Legantur ea, quæ idem Basilius scribit de
Salepetræ de seipso dicente; Quando mihi finis
imminet &c. Quibus ex verbis liquebit, quod
in Metallis universaliter, & particulariter emen-
dandis, ac optimis medicamentis parandis eâdem
hac viâ usus sit. Cæterum quoniam imperitis
ænigma hoc aliquanto obscurius est, idem de
verbo ad verbum interpretari operæ pretium
duxi.

Vir Ferreus similis est vasi destillatorio, quod
in secunda Furnorum meorum parte descripsi.
Alteri ferreo aut lapideo furno imponitur, ac
imposito ignis subjicitur. Nasis in superiore par-
te aliquot receptacula ità applicantur, ut ad mi-
nimum tria ejusmodi vitrea receptacula uni naso
apposita sint, quorum primum Naso firmiter
luto bono adjungatur: secundum fistulâ primi
vitri ventrem perforatum intret, ac tertium simi-
lem fistulam in secundi vitri ventrem inserat.
Secundi vitri fistula in primi ventrem inserta lu-
to probè munienda est: tertium vitrum aper-
tum manere, & luto in secundi vitri ventre fir-
mari non debet, ut exspirantes halitus ex secun-
do in tertium progredi possint. Eadem ratione
& alteri Naso, ut huic, ad minimum tria, aut
etiam quatuor vasa vitrea applicari possunt, ità
tamen, ut ultimum eo pacto, quo diximus, aper-
tum maneat. *Olor albus* est Amalgama Stanni,
& Argenti vivi, cui Nitrum additur, & fit, ut

ſequitur. ℞. unam partem ſtanni, & crucibul[o] impoſitum liquefac igne;ubi liquatum fuerit,ex- ime crucibulum, ac ſtannum ità fuſum in aliu[d] vas terreum infunde,ipſique partem unam Argen- ti vivi admiſce, quod mox à ſtanno abſorbebitur Stannum autem fragile,& friabile evadit, ac lapi- de in tenuem, & tenerum pulverem teri poteſt Huic probè trito pulveri admiſce duas parte[s] boni ac puri Saliſpetræ, ac probè terendo it[a] miſce, ut Amalgama à Salepetræ dignoſci no[n] queat, ſed ex utroque pulvis albiſſimus fiat Hic pulvis eſt *Olor Baſilii*, ex quo cibum para Regi: Egò vero ipſum *fulmen Iovis* appello quo omnia Metalla deſtruuntur, & in nihilum rediguntur. Ex hoc nihilo autem de novo mul- to nobiliora, & meliora metalla generantur De hac Metallorum deſtructione, & regenera- tione Paracelſi librum Vexationum Alchymiſta- rum, & mei Operis Mineralis Tertiam partem conſule. Comperies autem, quàm obſcuris ver- bis Paracelſus hanc Operationem involverit ut & Baſilius, qui eandem in ſexta ſua Cla- ve eâdem obſcuritate tradit, quam ſine ul- lis involucris apertè & clarè hîc patefacio.

NB. Hujus Nobiliſſimæ ſcientiæ ſtudioſu[s] velim ſciat, quod Jupiter ſolus, ſive ſtannum cum ſolo Vitro mixtum Medicinalem illum ſpi- ritum in hâc per Igneum illum Virum deſtilla- tione artificioſiſſimâ, ſine argenti Vivi additio- ne, reddat, & cibum aut augmentum Solis, &

Lunæ, sive Auri, & Argenti in fundo relinquat. Quod verò Veteres sive Majores nostri Mercurium, sive Argentum Vivum adjunxerint, & ego eandem adjunctionem utilem in hac Operatione comperrerim, experientiæ acceptum ferendum. Præcipuè enim ideò factum est, & fit, ut stannum friabile & terendo aptum redditum cum Nitro commodius misceri possit. Laboriosum enim & molestum foret, si limâ comminuendum esset Stannum, sicut Baptista Porta in Magia sua Naturali docet, quò cum Nitro commisceri & distillari queat.

Hæc per Mercurium in pulverem redactio admodum brevi temporis spacio absolvitur, ipsumque laborem mirè promovet, dum Mercurius in Jovem porosum agens eum penetrat, & compactum reddit: E contrario Fulmen Jovis alas Mercurii incendit, iisque combustis facit, ut stabilis maneat. Ita Jupiter Mercurio, & Mercurius Jovi adjumento est, ac uterque Salispetræ vi & efficaciâ nobilior evadit. Quippe Jupiter multum Sulphuris combustibilis possidet, quod tamen per se non ardet, nisi adjumentum aliquod accedat: quâ in re efficiendâ artis Magister est Salpetræ, superiorem aut parem alium non habens, id quod Basilius scitè & sapienter innuit, unicum Sulphur Nitri optimum amicum, & pessimum inimicum esse dicens, & nos ipsi verissimum esse hâc ipsâ operatione deprehendimus.

Stannum in pulverem comminutum, & Nitrum quando unà incalescunt, instar pulveri pyrii flammam concipiunt. Purissima pars spiritualis instar Spiritus alicujus subtilis in aura evanescit, ac fixior, stabilior & melior in fund manet. Sulphur enim stanni noxium, & superfluum à Salepetræ incenditur, & comburitur, qu separato, Stannum reliquum compactius & me lius corpus acquirit.

Mercurius in hac Operatione adjunctus etiar depromit, quicquid boni habet, ac Spiritur suum ad Medicinam, Corpus ad Auri vel Argenti augmentum offert: Ut ità plus utilitati ex ipso accedat, quam si absque ipso, Jupite solo Nitro ad fulminationem promotus fuisset Paucis admodum verisimile & credibile esse potest quàm Nobile Sulphur in Jove lateat, quo solo Nitro manifestari potest. Nullâ profect particulari ratione aliâ Mercurius melius decip aut vinci potest, quàm Jovis fulmine, quo omnibus Diis terrorem ac metum injicit. Ideò sibi maximè cavent, ne ab illo fulmine tangantur, & subitâ morte trucidentur. Si Jupiter efficacissimo fulmine suo destitutus fuisset, nec pater Saturnus, nec Sol, nec Luna, cum cæteri Diis ipsi subjecti fuissent. Mars, Venus cun Mercurio ipsum ludibrio tantum haberent Mars gladium ipsi ostenderet; Venus illecebroso amore ipsum irretiret, & Mercurius omnibus somniculosis Alchymistis illudens avolaret

&

ipsum risui haberet. Velint, nolint, omnes Jovem timeant, ac ipsi Imperium concedant oportet. Omnibus Metallis periculosa est Jovis conversatio, quemadmodum cum suo Principe conversari subditos haud in exiguum discrimen sæpè adducit. Periculum hoc non abludit ab illo, in quo Magnatum aulas frequentantes versantur. Ibi enim vel levissima offensa, & quidem etiam studio non commissa, si aliquem Gnathonum & parasitorum aulicorum offenderit, mox ad Principem vel Regem, quasi de industriâ facta sit, tanquam horrendum facinus defertur, & inscio alicui improvisum, & inopinatum malum accersere potest. Hinc in eo toti fuerunt Philosophi antiqui, ut quemvis monerent, quò aulas Magnatum vitaret, utpote in quibus nonnisi invidia, odium, calumniæ, contemptus, & omnis generis pericula vigent. Homini profectò integro vitæ scelerisque puro neutiquam cum securitate aulas frequentare licet, utpote qui proximus est periculo, ut Johannes Baptista, qui veritatem concionatus capitis jacturam fecit. Hinc ratio accurata habenda adagii vulgaris: *Procul à Iove, procul à fulmine*; Qui ad ignem proprius non accedit, ab ustione tutus & liber est. Homo pietatis studiosus in aulis inter aulicos versatur, sicut simplex, & innocens columba inter plurimos subdolos & rapaces accipitres, & falcones: Imò eidem cum iis periculo expositus est, qui turri pulve-

rem pyrium custodienti vicini nesciunt, quo tempore pulvis pyrius fulmine incensus totam viciniam in aërem disjecturus, & dissipaturus sit. Quantis quæso calamitatibus pios, & probos suis calumniis, ac subdolis & hostilibus mendaciis affligunt venenatæ, & fallaces linguæ in aulis Magnatum frequentissimæ? Infinitas struunt insidias, & retia tendunt quamplurima, ut innocentes irretiant, & irretitos pessundent. Nisi suos Deus singulari sua custodia custodiret, sæpius in calamitates inextricabiles gnathonum ejusmodi perditorum calumniis inciderent. Sed Deus longè istiusmodi consiliis nefariis, & perniciosis insidiis fortior est. Ideò nefarios istos homines non est, cur quis timeat, cum ipsorum machinationes pessimæ non diu durent, & ipsi opinione citius seipsos malo mactent, & eorum salutem inscii promoveant, quibus nocere studuerunt. Legantur historiæ, quæ infinitis exemplis, turdos sibi ipsis malum cacare, & machinationes sceleratas in authorum suorum capita redundare docent.

Sed his omissis, ut operationem ipsam aggrediar, & accuratè ac dilucide doceam, quo pacto suscipienda & absolvenda sit, artis studiosus primo velim sciat, quod labor eidem operationi impendendus diligentem & peritum operatorem requirat. Ideo quemvis etiam moneo, si tractandi ignis imperitus fuerit, ut ab hoc labore manus abstineat, ne operam ludendo in me cul-

pam

iam conferat, & me mendacii coarguat. Ars ipsa certa est, & vera, imò adeò excellens, & præclara, ut vel ille, qui aliquid saltem intelligit, satis superque videat, quod bono & firmo fundamento totus labor innitatur, & ex ipsa Naturâ depromptus sit. Qui Mineralium & Metallorum naturam compertam habet, probè novit, optimorum Metallorum, Auri puta & Argenti bonitatem & perfectionem in solâ purâ, stabili, fixâ & incombustibili materiâ consistere, atque è contrario imperfectorum Mineralium & Metallorum imperfectionem ex solo Sulphure combustibili, & fœtido proficisci. Quod Sulphur superfluum si ab ipsis, quacunque etiam ratione, segregatum fuerit, reliquum quod remanet, purius, fusibilius, & constantius in igne necessario esse debet. Multi quidem modi sunt, quorum operâ Sulphur illud superfluum, & comburens à Metallis sejungitur. Eorum in Opere Minerali, & Quartâ Parte Furnorum mentio facta est. In hac Operatione segregationis modus incensione, aut combustione Nitri perficitur. In Continuatione Miraculi Mundi quoque quidam alii indicantur. In omnibus tamen Salpetræ adhibendus. Variis enim, & diversis rationibus imperfecta Metalla aggreditur, atque in iis puriorem ab impuriore parte secernit, id quod passim ex scriptis meis hactenus editis patet. Quod autem hîc Salipetræ Mercurius adjutor accedat, ideo fit, ut in præceden-

cedentibus jam monuimus, quò Stannum commodius in pulverem comminuatur, & ipsi Mercurio extorqueatur excellens, & efficax illud Medicamen, quod cum augmento Solis vel Lunæ in hac operatione acquiritur. In nomine igitur Domini operationem in manus sumus visuri, quid inde futurum, aut quid Deus largiturus sit.

Artis studioso autem hoc notum esse debet in hac operatione non solum Sulphur superfluum Jovis, & Mercurii urendo consumi, & secerni, ac utrumque Metallum concentrari, & emendari; Verum etiam utrique aut Jovi soli etiam alia Metalla adjungi, & Salispetræ adjumento incendi, fulminari, & concentrari posse. Nam Jovis fulmen non modo proprium suum corpus, sed & alia sibi adjuncta Metalla eadem operâ concentrat, & emendat. Nec est propior via, quantum quidem mihi constat, omnia Metalla, imò & Aurum & Argentum ipsum momento citius destruendi, quam Fulmen Jovis, quod cuncta Metalla ità destruit, ut postea ità per se, sine ullâ rerum aliarum additione, nullâ ignis vi, quantacunque etiam fuerit, in pristinum suum corpus fusibile reduci queant, utpote quæ dicto modo destructa, & liquata semper in vitra abeunt, quorum quodvis eo pingitur colore, qui ipsius Metalli naturæ & proprietati respondet. Aurum in pulcherrimum vitrum Rubino simile mutatur. Argenti vitrum

Chry-

Chrysolito colore suo respondet. Cupri vitrum colore viridi & rubro Jaspidem refert. Martis autem vitrum ab eodem haud multum abludit. Stanni & Plumbi vitra alba manent. Vitra hæc postmodum artificiosâ reductione (nam ignis eam præstare nescit) in sua corpora reducuntur, & multo sunt, quàm anteà, præstantiora, & nobiliora. Docet hoc clarè & apertè celebris ille Philosophus Isaacus Hollandus in suo libello de Amausis, ac testatur, quod vitra Ferri & Cupri post reductionem Argentum, Argenti vitrum Aurum, atque Auri vitrum Tincturam reddat. Ultimum hoc nondum investigavi, nec etiam expertus sum; sed hoc solummodo comperi, quod Metalla per Jovis Fulmen destructa semper meliora & emendatiora evadant.

Paracelsus, quodvis, inquit, Metallum alterius occultator est; Occultum autem bonum patefieri nequit, nisi occultator, i. e. Sulphur superfluum removeatur, qui per corruptionem, & destructionem removendus est. Corruptio perfectionem efficit, nec ullum Metallum emendari ac nobilius reddi potest nisi prius corrumpatur. Verba hæc confirmat Operatio quam hîc trado. Quis unquam credidisset, Jovis fulmine momento citius constantissimum Aurum ità destrui posse, ut in igne in suum pristinum corpus redire nequeat? Quis unquam sibi persuadere posset, quod Mercurio fugacissimo, & omnium Chymicorum irrisori momento citius

à ful-

à fulmine Jovis partim alæ comburantur, partim excellens medicina extorqueatur. Alia certè Mercurius satis subdolus est & astutus, adeò ut insignis & magnus sit artifex oportet, qui ipsum in potestatem suam redigere cupit. Novit hoc præstare Fulmen Jovis, quod ipsum inopinatum obruit; antequam fugâ sibi consulat, jam à dicto fulmine se oppressum sentit. Non tantum temporis ipsi conceditur, ut de loco, quò avolet, dispicere possit. Fulmen Jovis ipsi fecialem non mittit, qui bellum denunciet: Subito impetu irruit, & occidit, quicquid se opponit. Faceto lusu Mercurius excipitur: Nescit, quâ superbiâ se efferat quando cum Jove per Amalgama conjunctus est, & sibi facilem socium accessisse autumat. Ignorat verò, se non parem esse socio, à quo ictus sibi infligi posset, de quo vel per somnium non cogitasset. Potentis enim alicujus societas impotentiori & viliori socio semper periculosa est. Verissimum igitur manet vulgare adagium; Quo remotior ab igne, eò tutior ab adustione eris.

Verè, & benè Paracelsus ait in libro Vexationum, quod nulla Metalla se invicem emendare & corrigere possint, etiamsi corporibus suis diu admodum in fluxu conjuncta persistant, cum quodvis sine ulla emendatione ex fluxu exiturum esset eodem corpore, quo intravit. Si autem Metalla spiritualiter in igne unà patiantur, quod tunc unum vim & efficaciam emendandi alterum habeat,

beat, ac in eodem labore perficiendo Mercurius potiſſimam operam præſtet. Paracelſi hæc verba veriſſima eſſe ex hac operatione liquidò patet. Nam dum Jupiter & Nitrum mutuâ irâ exardeſcunt, ac flammam concipiunt, Mercurius ex hoc velociſſimo igne evadere neſciens, eumque pati coactus, ſui defendendi cauſa, quicquid poteſt, molitur, & ſociis ſuis quoque moleſtiam exhibet. Anguſtiæ tales haud abs re mihi videntur comparari poſſe cum Domino aliquo, quem cum ſervo ſuo hoſtis inexſpectato impetu opprimit, ac ferro & flammâ petit. In tantis anguſtiis ſervus conſtitutus Domini nullam rationem habet, ſed ſummam operam navat, quò ex anguſtiis emergere queat, nihil penſi habens, ſi interea vel ipſius Domini ſui caput pedibus conculcet, dummodo periculum declinare, & ſeipſum ſervare poſſit. Vita enim ſua cuique chara eſt, id quod ex nullo diſcrimine melius & certius cognoſcitur, quam ſi quis in incendio aut inundatione conſtitutus in vitæ periculo verſetur. Nullum autem majus periculum Mercurio imminere poteſt, quam Jovis Fulmen celerrimum, ſive id per Jovem & Salempetræ fiat, ſive per Salempetræ & aliud aliquod Sulphur ex Metallis, Mineralibus, aut Vegetabilibus petitum. Etenim à celerrimo ejuſmodi igne obrutus, quò ſe vertat, neſcit, utpote ab hoſte ſuo præter omnem exſpectationem oppreſſus, adeò ut nullum evadendi con-

consilium capere possit, sed mortem antè oculos versari videat. Hæc Mercurii Natura est, & proprietas. Si includitur ut pedetentim ignem pati discat, facilè effugiendi viam invenit, quàm arctè etiam conclusus fuerit. Omnia Metalla penetrat, & in auras evanescit. Si fortissimis vasis ferreis arctissimè includatur, in ignem subitò conjectus, licet ob celerrimum fervorem ipsi tantum temporis non concedatur, ut Metalli carceris sui, poros penetret, tamen retineri non potest, quoniam horrenda vi carcerem suum perrumpit, ac summo fragore edito, perinde ac si sclopetum pulvere pyrio exoneratum esset se in fugam conjicit, illæsâ tamen naturâ suâ, quæ ne minimam quidem mutationem passa est. Aquas item corrosivas, quibus ab imperitis carboniperdis elixatur, & assatur nihili facit, ac quocunque modo etiam exagitetur, sine ullâ mutatione ad pristinum suum corpus redire solet, id quod tam est notum, quàm quod notissimum. Nec ignem, nec aquam vulgarem curat, ac eos ludibrio habet, qui ipsi vincula injicere conantur, ipsis è manibus elabens, adeò ut nihil habeant, quando se jam ipsum firmissimè tenere arbitantur. Solum Jovis Fulmen ipsum domare, & ad obedientiam revocare potest. Pulvis ille fluxum celerem efficiens, & ex Salepetræ, Tartaro, ac Sulphure compositus, de quo in secundâ parte Furnorum meorum mentionem feci,

etiam

etiam non est contemnendæ operationis; Nam quando Massa Mercurio commixta, carbone desuper injecto accenditur, Mercurius alteratur, ac quando ipsi ignis sufferendus est, magnum fragorem edit, donec ignem perruperit. Sed à Fulmine Jovis deprehenso tantum temporis non conceditur, ut clamare possit. E vestigio enim ipsi moriendum & pessum eundum est. Antè verò quam fulmen erumpat, dum fervorem sentire occipit, cantiunculam canit, quâ dum occupatus est, fulmen erumpens ipsum mox occidit. *Cygneum cantum* appellat Basilius hanc cantilenam, idque ob similitudinem. De Cygno vel Olore Physici veteres memoriæ prodiderunt, quod, cum ipsi, postquam consenuit, moriendum est, cantilenam quandam canat, & post cantionem illam editam mox moriatur. Hoc de ave Cygno dictum credidit vulgus; quod tamen falsum est, quandoquidem neminem adhuc dicere audivi, quod Cygni morituri cantum auditu perceperit. Veteres Philosophi nostrum *Cygnum* vel *Olorem Metallicum* innuere voluerunt. Sed quærat aliquis, cur Amalgama Jovis & Mercurii cum Olore comparetur. Ideò, inquam, quia, ubicunque illud frangatur, intus & foris dictæ avis plumis simillimum est, atque ideò non immeritò à Philosophis *Olor* sive *Cygnus* appellatum est. Cum cantu ipsius ità comparatum

ratum eſt : Quando Amalgama cum Sal petræ commixtum, chartulis involvitur, cha tularumque una poſt aliam in Ferreum v rum injicitur. Mercurius apud Jovem car tare incipit, cantui alicujus avis tenui ſim lem cantum, qui cantu galli gallinacei dit tius non durat, quandoquidem flamm veſtigiò ſequitur, quæ ſeparationem fa cit.

Quo certior autem quis hac de re eſſe poſ ſit, Operationem ipſam de verbo ad verbun perſpicuè & dilucidè exponam.

℞. Stanni libram 1. & Mercurii lib. 1. fa Amalgama ut ſupra docui. Hoc tere cum dua bus libris Salispetræ puri, & ab omnibus fe cibus liberati, redigendo totam maſſam in minutum pulverem, donec digitis ipſum Amal gama non amplius palpari poſſit, ſed pulvi minutiſſimus & tenuiſſimus fiat. Hunc pul verem diſtribue in ſexaginta plus minus parte æquales, totidemque chartulas, quamvis peculiari ſua parte, reple, ità ut uncia circiter una aut duo letones uni chartulæ, emporeutica ſimili, involvantur. Quantitas hæc non excedenda, præcipue ſi Ferreus Vir & receptacula appoſita non uſque adeò magna fuerint Minora enim vaſa minores chartulas, & pauciorem materiam chartulis impoſitam poſtulant. Vaſi enim candenti injectæ in chartulis materia, cum primum flammam concipit,

fra-

fragorem edit inſtar pulveris pyrii, qui carbone accenditur. Facilis labor eſt, quem quidem opus mulierum, vel luſum puerorum appellaveris. Nam ſimulac chartulâ unâ incenſâ vapores cum fumo & vento adſcendentes in receptacula tranſierint, & quiete captâ conſederint, mox alia injicitur chartula, ut cantilenam ſuam cantet, & per fumum in receptacula tranſeat. Chartularum injectio hæc tamdiu continuanda, donec omnes, quas implevisti, injectæ fuerint. Vix ultra decem, quandoque tamen quindecim unâ horâ injici poſſunt. Nam ſi nimiâ feſtinarione una chartula mox alteram ſequuta fuerit, adſcendentes Jovis & Mercurii ſpiritus non omnes conſidebunt, ſed per foramen poſterioris vaſis exibunt, quorum tamen jactura cavenda eſt. Satius enim eſt, ut una hora labori continuando adjungatur, quàm nimiâ feſtinatione ſpirituum nobiliſſimorum jactura fiat. Hoc pacto ſenſim Ferreus Vir cibo ſuo, nimirum *Olore albo*, nutritur, quemadmodum infantes à matribus inſertis fruſtulis ſucceſſivè nutriuntur. Ludo puerili labor comparari poſſet. Sicut enim pueri in plateis pulvere pyrio, ſi nanciſci illum poſſunt, ludere ſolent, unam particulam poſt aliam accendentes, comburentes, & tàm ex ſtrepitu, quam flammâ & fumo in auras avolante lætitiam, & volupta-

tem capientes :Ità etiam Hermetis filii ſuum cygnum cantare audientes, ac ſpiritum & animam tam pulchram ex corpore ſuo in appoſita receptacula emittere videntes, ſumma lætitiâ & gaudio afficiuntur.

Poſtquam omnes chartulæ injectæ fuerint; ab igne ſubjiciendo, ut ſponte ſub ferreo viro extinguatur, deſiſtendum eſt. Ubi autem omnes ſpiritus in receptaculis conſederint; ipſa receptacula, unum nimirum poſt aliud, demenda ſunt, in quibus anima Jovis, Mercurii & ejus Metalli, quod adjunctum eſt, utriuſque colore albo vel cineritio invenitur, ſi Mercurius & Jupiter ſoli adhibiti fuerint. Si Aurum acceſſerit, purpureo colore apparebit. Argentum additum colorem luteum exhibebit. Cuprum colore ſubrubro indutum cernetur. Hoc autem non ſolum de illa materia, quæ in receptacula tranſivit, ſed etiam eâ, quæ in Viri ferrei fundo remanſit intelligendum. Præcipuè autem Deus Omnipotens ſingulari ſuâ Providentiâ conceſſit, ut Anima ſe occultet corporalibus floribus, qui unà in receptacula tranſeunt, quò Anima, quæ forſan ob nimiam ſuam ſubtilitatem difficulter admodum acquiri poſſet, eò facilius acquiratur. Ideò Divina Benignitas ſuæ cognitionis, laudis & gloriæ causâ permittit, ut omnia humano commodo inſerviant. Si ma-

nu

nus in receptacula immitti poteſt , cochleari arrepto flores, qui Animam occulunt, eximendi erunt. Sin minus , aut unco eum in finem parato abradendi , aut aquâ affusâ eluendi , ac poſtea tractandi , ut mox ſequetur. Maſſa in Stomacho Viri Ferrei reſidua, &, ubi refriguerit, exempta, igneam naturam habebit , & colorem album , ſi Stannum & Nitrum ſola fuerint : alium verò Metallo reſpondentem quod ipſis adjunctum fuit. Hanc Maſſam ſolo igne , quantumvis vehementiſſimo ad priſtinum corpus nemo reducet, cum liquata nonniſi in vitrum , & quidem ægrè abeat. Eam tamen ſequenti operatione in corpus Metallicum reduces. Forti admodum tigillo aut crucibulo immiſſam , & tectam impone Furno ignem fortiſſimum vento excitatum reddenti, qualem in IV. Furnorum meorum libro deſcripſi. Igne ſenſim excitato candefac , & ubi probè incanduerit , operculo parum remoto pauxillum triti Sulphuris , aut Antimonii, vel Carbonum in pulverem minutum redactorum maſſæ candenti injice , ac operculo , & prunis crucibulum denuò contege , ut omnis materia probè fluat. In hac Operatione Sulphur combuſtibile Nitrum fixum intrabit , illudque à fixo Metallo ſeparabit , & cum eodem in ſcorias nigras, quicquid Sulphuris , Antimonii , aut carbonum

 ad-

additum fuerit, mutabit. Iupiter cum Mercurio, & Metallo, ſiquod adjunctum eſt, à ſcoriis ſecedet, & in corpus metallicum redibit, quod poſt effuſionem, & refrigerationem à ſcoriis ſeparandum erit. Jupiter externo aſpectui priſtinum ſuum corpus exhibebit, emendatum tamen, quod Proba illum docebit, cui periculum facere libuerit. Scoriæ reſiduæ reponendæ ſunt, quoniam præclara Medicina Univerſalis ex iis confici poteſt. Regulo rurſus liquato, quantum ponderis habuerit, tantum etiam Mercurii addetur, ut novum Amalgama fiat, quod cum æquali pondere Nitri mixtum iterum cum chartulis in Virum ferreum conjiciendum, ſicuti monſtravimus, ut flores & anima colligantur, & prioribus addantur. Maſſa reſidua pari, ut anteà, ratione per ſulphur præcipitanda, & ſcoriæ à Regulo ſeparatæ prioribus addendæ, ipſeque Regulus cum Mercurio in Amalgama redigendus, ut cum Nitro flores & anima eliciantur. Hic labor toties iterandus eſt, donec dimidia Reguli pars in ſcorias converſa fuerit. Pars ejus reliqua, quæ ſupereſt, per cineritium examinata monſtrabit, quantum Auri & Argenti hoc labore generatum ſit, quod lucrum aliis carbonibus & metallis ad opus continuandum coëmendis inſerviet. Anima, quæ in receptacula

cula transivit, excellentissimam reddet medicinam, & eâ haud multo minorem exhibebunt scoriæ, quæ singulis vicibus sepositæ sunt. Quo pacto autem effectui cuncta danda, in sequentibus ordine docebimus. Unicâ igitur hâc Operatione Universalis Medicina Humanis & Metallicis corporibus idonea, & ex residuâ parte Metallum emendatum ad necessarios sumptus, qui ad continuandum Opus Magnum requiruntur, particulariter acquiritur.

Quo pacto igitur particulariter ex Iove & Mercurio sæpius fulminato emolumentum haud contemnendum quis consequi possit, dilucidè exponam, utpote qui non semel, sed sæpius laborem illum expedivi. Tradam itidem modum & viam, quâ ex scoriis ad omnes morbos curabiles tollendos Medicina saluberrima parari possit, siquidem aliquoties eodem labore defunctus sum.

Quâ verò ratione ex Animâ Metallorum illâ Universalis Medicina Hominum & Metallorum corporibus salubris parari queat, neminem docere possum. Nunquam enim hactenus mihi fortuna adeo favit, ut ejusmodi Opus grande perficiendi occasio & tempus oblatum esset, quoniam obstacula objecta me aliquoties ab hoc ipso Opere avocarunt. Nullum tamen mihi dubium est, si laborem

Deus benedictione ſuâ promoverit, quin verus Lapis Philoſophicus ex hac ipsâ animâ confici poſſit. Quantum autem mihi conſtat, & quo pacto opus efficiendum arbitror, Miraculorum Divinorum Studioſum, ſalvo tamen aliorum judicio, non celabo. Quæ manibus meis laboravi, de iis alios certiores reddere poſſum; Quæ non feci, ea, ut ſunt, relinquo. Principium laboris dilucidè ſatis hîc à me proponitur. Qui ex his omnibus adeò dilucidè propoſitis addiſcere plura nequit, quàm quæ hîc nominatim profero, ille longè ſatius faciet, ſi ab ejuſmodi laboribus manus ſuas abſtinuerit. Laterem enim lavat homo, cui nihil boni deſtinatum eſt.

Medicus pius, quem Deus favore ſuo complectetur, hujus Operationis beneficio facilè optimam Medicinam Univerſalem conſequetur, ac particulariter tantum ad vivendi neceſſitatem acquiret, ut boni Samaritani inſtar proximo ſuo gratis auxilietur, atque ità extrà omne dubium ſibi Dei gratiam, hominum favorem, & corpori ſuo nutrimentum & alimentum honeſtum conciliet.

Unanimi clamore omnes Philoſophi exclamant; *Fac fixum volatile, & volatile fixum*, ac ità *veram* Univerſalem Medicinam habebis. A quo ſcopo etiam minimè aberrabit, qui ad opus ſuum bona ſubjecta adhibue-

hibuerit. Quia igitur in hâc dictâ nostrâ operatione Aurum præter cuncta cætera Metalla purissimo corpore præditum fugax & volatile redditur, animâque suâ nudatur, credibile profectò erit, quod ex anima Auri, si Mercurii anima ipsi accesserit per fixationis digestionem constans in igne Salamandra parari queat. Equidem Purpuream animam Auri, & Mercurii, quæ in receptacula transivit, solâ dulci & unicuique notâ aquâ Universali eluendo, à floribus Iovis liberarem, per chartam emporeticam puram redderem, coagularem, & in tingentem lapidem figerem. Nullum mihi planè dubium est, quin aliquid boni inde sit proditurum. Cuncta tamen à Dei voluntate dependent. Non enim est currentis, volentis aut quærentis, sed Dei solius miserentis, cujus clementissimæ voluntati nos & omnes nostras actiones oportet commendemus.

Ex scoriis post reductionem residuis facilè Medicinam extraxeris. Scoriæ tamen illæ, quas hîc labor reliquas facit, diversæ sunt, & diversam naturam habent. Etenim, quæ ex Operatione cum Stanno, & Argento Vivo supersunt, aliûs sunt naturæ & proprietatis, quàm illæ, quas operatio cum alio Metallo istis duobus adjuncto, Auro puta, Argento, Ferro aut Cupro, facta reliquas facit.

Cuique Metallo propriæ ſuæ ſunt vires, & virtutes, quæ ſe in ſcoriarum extractione unà produnt, & extractum illud vel nobilius reddunt, vel viribus minuunt. Aurum & Argentum diverſam à Cupro & Ferro naturam ac proprietatem poſſident. Ferrum tamen, & Cuprum non maligna ſunt in ſcoriis, utpote quæ viribus bonis etiam pollent. Maximæ tamen vires, quæ ex ſcoriis eliciuntur, pro Sulphuris Tinctura habendæ ſunt.

Nam Metalla per fulminationem deſtructa atque iterum in corpus reducta minimam apud ſcorias partem reliquunt, & maxima parte in corpus Metallicum redeunt. Scoriæ igitur ipſæ potiſſimum ex Nitro fixo conſtant & Sulphure illo, per quod deſtructa Metalla ex Nitro iterum in Metallicum corpus reducuntur. Scoriæ Metallorum deſtructorum, & per Sulphur commune, aut carbones præcipitatorum unam eandemque habent naturam, & eaſdem vires, ac proprietates. Scoriæ reductionis per Antimonium factæ alius naturæ participes ſunt, craſſioris nimirum, & fortioris, quam illæ, quas reductio per Sulphur commune aut carbones dedit. Illæ enim vomitus adhuc concitant, quod hæ non faciunt.

Hoc monere hic volui, quoniam Antimonium

nium multas adhuc obtinet vires Arſenicales, quas paucas Sulphur vulgare continet, Carbones plane nullas; quod ideò & ſcoriæ per has factæ cæteris tutiores ſint: Eas tamen aliquanto crudiores & immaturiores eſſe confiteor. Sed extractæ per Spiritum Vini excellentem Tincturam, & quaſi Univerſalem Medicinam exhibent. Tàm notum eſt, quam quod notiſſimum, quod, Auro & Argento exceptis, nulla ſubjecta ad Medicinam aptiora inveniantur, quam Antimonium, & Sulphur vulgare. Huic Sulphuri vulgari quoniam lignorum Carbones natura, proprietate, viribus, & virtutibus exactè reſpondent, ideò ſcorias iiſdem factas commendo, ac cæteris per Minerale Sulphur, & Antimonium paratis præpono; non ideò quod major carbonibus efficacia inſit, quam vulgari Sulphuri & Antimonio, verum quia ex carbonibus per Nitrum fixum ſolutis, & aptioribus redditis, ut vires ſuas ſpiritui vini facilius concedant, vires etiam extractu ſunt faciliores, & Animali Naturæ aliquantò familiariores, quam vulgare Sulphur, & Antimonium. Poſteaquam autem, ex quibuſcunque etiam ſcoriarum iſtarum Medicina parata fuerit, omnes ipſius Operationes efficaces ſunt, parvoque diſcrimine quoad externam ſpeciem & colorem diſtant. Nulla alia inter Tincturas iſtas differentia eſt,
 niſi

nisi quod ex Antimonialibus scoriis extracta, si aliquantò majore dosi propinetur, vomitus ante fixationem excitet, & cæteris duabus fortius operetur. Omnes tres pro more Sulphurum quodvis Argentum deaurant, stercorando crescentibus vegetabilibus auxiliantur, ac Aurum reclusum & spirituale factum viâ humidâ augent ac nutriunt. Hinc Medicinæ huic jure *Vniversalis* nomen competit, utpote quæ tribus Regnis, Vegetabilium, Animalium, & Mineralium efficacissimè medetur. Ac quamvis mihi hactenus nondum innotuerit, quid in Metallorum transmutatione præstare queat, persuasum tamen habeo, si prius per fixationem constans in igne reddatur, & ingressum aliquem in metalla nanciscatur, eam & in transmutatione aliquid effecturam esse. Hac vice in medio rem relinquenti mihi sufficit indicasse viam, & rationem quâ ex scoriis residuis contrà omnes morbos curabiles remedium Universale parandum sit. Plura sciendi avidus manum admoveat, & plura investiget; Via ipsi aperta est. Sin quid melius concupierit, Spiritum Mercurii & Auri in receptacula expulsum aggrediatur, & melius quid in ipso investiget. Si Divinâ Gratiâ favente à multis quæsitam, & à paucis inventam margaritam adeptus fuerit, ne ergà Deum ingratus sit, sed pauperum memor existat, ægris opitule-

tur,

ır, ſuperbiam vitet, & Dei gloriam pro-
ıoveat.

Quantum ad reſiduas partes, flores nimi-
ım Metallicos, & Argentum vivum, quod
ivum unâ in receptacula tranſcendit, attinet,
Iercurius currens à Metallicis floribus ſepara-
, & ad ſimilem laborem Amalgamandi Jo-
em iterum adhiberi poteſt. Flores cum fulmi-
atis metallis rurſus reducendi ſunt, ut de Au-
ɔ & Argento nihil omninò pereat. Ità conti-
uo exercitio hîc labor promotus perpetuum
unæ & Solis augmentum præter Animam
ngentem dabit, & ſoli in Salempetræ ſum-
tus impendendi erunt. Hi faciles erunt illi,
ui ipſe Salempetræ conficere novit, ad quod
ıciendum ipſi viam monſtravi; ita ut facilimè
ne grandi labore, moleſtiâ & ſumptu non
ılum honeſtam vitæ ſuſtentandi rationem in-
redi, ſed pauperibus etiam neceſſariâ ſuſten-
ıtione & derelictis ægris bonâ Medicinâ in
)ei honorem, & miraculorum ejus manifeſta-
onem, auxilium & opem laturus ſit. Quid
uæſo homini in hoc perverſo mundo magis
xpetendum cenſemus, quàm honeſtam vitæ
ıſtentationem, ac tantum bonorum & opum,
uæ nobis ſufficiant, ut etiam in neceſſita-
: conſtituto proximo ſuppetias ferre, & Deo
ıſervire poſſimus. Sufficit, ſi neceſſaria nobis
ıppetant: Omnium rerum copia, & affluen-
tia

tia ſaluti animæ magis obeſt, quam prodeſ Nec boni Chriſtiani eſt eam à Deo precibu contendere. Imo ſi eam præter petitionem, & exſpectationem conſequitur, inani fumo, minimo flatu venti ità disjecto, ut, quo eva ſerit, neſciatur, tamen potiorem non ducit Sola virtus, & vera Dei Cognitio conſtante ſunt, & manent, nec unquam ad infamian recidunt teſte verſiculo veteri ita canente:

*Quid Auro melius? Iaſpis. Quid Iaſpide? Virtus.*
*Quid virtute? Deus. Quid Deitate? Nihil*

Quam pulchris, & excellentibus gradibu adſcendit ad Omnipotentem Deum ille cu Deus ex gratiâ, humile & virtutibus præditun cor, largitur? His duobus gradibus Deo proximè appropinquat. Quando autem Diabolu hominem ſuperbiâ & vitiis inquinat, miſer homo cœcus eſt, ac neque Dei neque Naturæ lucem aſpicere & cognoſcere poteſt. Quamobrem homines omnes ſolam Divinam gratiam, quæ omnem cæcitatem depellit, à Deo petere & non caducis & temporalibus bonis à quibus tenebræ & obſcuritas oriuntur, inhiare debent. Philoſophi Ethnici, qui Chriſtum ignorantes lucem Deum agnoſcendi ex ſolâ naturâ hauſerunt, eâ opinione fuere imbuti

uti, quod nonnisi pii homines Universalis
Medicinæ compotes fieri soleant, &, si im-
ius aliquis solâ Divinâ gratiâ eam acquirat,
nissis vitiis necessario pius & virtutibus præ-
tus evadat; id quod his verbis innuerunt:
rs nostra invenit, aut reddit hominem san-
um. Ex quibus satis manifestè patet, quod
thnici suis temporibus sine Christi cognitio-
: longè nos Christianos virtutibus supera-
nt, & vitam magis Christianam duxerint,
ıàm hodierni Christiani ore solo se Christia-
ɔs profitentes faciunt. Quid nomen nudum
ɔnfert, à quo res designata abest? Deum in
:e, & Diabolum in corde gerere nostro ho-
erno Orbi Christiano communissimum, &
miliarissimum est. Sed quia Christus non os
d cor requirit, ac animam domicilium suum
ɔnstituit, quàm pulchre quæso tandem istius-
odi Christiani plærique Christum ore profi-
ntes, & Christianè tamen se non gerentes
abunt. Sed de misero hoc Christiani nostri
bis statu in Tractatu de Concentratione Cœ-
& Terræ plura dicemus.

Antequam verò hanc meam de Metallorum
er Salempetræ Concentrationem concludam,
iquot adhuc admonitiones hîc adjungere ope-
: pretium duxi, ut horum laborum studiosos eò
elius instituam.

Quando in Metallorum per fulmen destru-

ctorum reductione scoriæ Jovis nimis diu in fluxu supra Aurum relinquuntur, ità ut debito tempore non effundantur, magnetica quadam ratione residuam animam, quam fulmen Auro reliquit, eidem extrahunt, ac totum pallidum relinquunt. Cum hoc pallido Auro si Mercurius de novo in Amalgama redactus fuerit, ità ut Aurum labore hoc aliquoties repetito planè animâ suâ spolietur, dum ea partim Spirituali formâ in receptacula apposit. propellitur, partim relicta à scoriis penitus attrahitur, tum Aurum omnem suum colorem amittit, & è contrariò scoriæ sanguineum colorem induunt.

E scoriis sanguineo colore tinctis Tinctura singulari quodam artificio extrahenda, & modo noto in usum adhibenda est.

Auro pallido Ferrum, Cuprum, aut Antimonium colorem suum fulvum reconciliant. De hac Operatione ità Sendivogius; Est, inquit, & alius Chalybs, si undecies coit cum Auro nostro, Aurum debilitatur ferè usque ad mortem, & Chalybs concipiet, & pariet filium patre clariorem. Qui tentare aliquid hâc in re desideraverit, Sendivogium legat, qui ipsum ad hanc Operationem sufficienter informabit.

Porrò quoque & hoc observandum est, quando per fulmen Jovis anima Solis & Mercurii

in

n receptacula est propulsa, statim ex rece- ptaculis demptis flores animam occultantes ximendos, & vitris probè clausis custodien- los esse. Dicta enim Auri & Mercurii anima deò spiritualis, subtilis & fugax est, ut faci- è effugiens avicula nidum vacuum relinquat. Veritatem rei expertus sum. Qui mihi fidem abere non vult, quæ dico, experiatur, & ve- a esse comperiet.

Ut autem Hermeticæ Medicinæ studioso in- icium faciam, quo pacto ejus rei gnarus esse ossit, narrabo, quonam casu illa mihi inno- uerit. Cum quodam tempore animam Auri & Mercurii per fulmen Iovis in receptacula im- ulsam inde exemissem, & ex uno eorum cun- ta tàm accuratè non removissem, ut non ali- uid in eo remansisset, aliquot aquæ uncias ffudi, ut eò melius flores relictos eluerem. In- erea aliquod negotium magis necessarium se nihi obtulit, ità ut receptaculum illud cum quâ infusâ mensæ in Laboratorio meo regio- e fenestræ imposuerim, & idem oblitus ali- uot dies ibi reliquerim. Frigus tunc tempo- is satis acutum incidens, ac aliquot dies du- ans omnia glacie constrinxerat. Ego Labora- atorium ingressus, ut viderem, num vitra onnulla aquam continentia à glacie in ipsis oncreta, ut fieri solet, dirupta essent, quæ- lam omninò glacie oppleta inveni, ac rece- ptacu-

ptaculum illud ibi jacere videns mox illud à glacie corruptum credidi. Sed eo in manus ſumpto comperi, aquam in ipſo, in glaciem frigore nondum concreviſſe, ſed claram manſiſſe, ideo lætatus, quod vitrum illæſum manſerit, ac etiam valde miratus, undenam efficacia illa profecta eſſet. Sed eam alii rei nulli acceptam ferre potui, quam calidiſſimo Spiritui Auri & Mercurii, cujus tamen vix tria aut quatuor grana in vitro ſupereſſe potuerunt, quæ pauciſſima licet, aliquot tamen aquæ pluviæ uncias à frigore conſervarunt. Ex eo tempore rem accuratius meditatus tandem animæ iſtius ingentem, imò incredibilem calorem deprehendi. Sicut ſcribo, ità mihi res uſu venit. Alius accuratiore inveſtigatione perquirat, quid infernali ejuſmodi fervore perfici poſſit. Hoc ſcio, quod ſequuturis temporibus futuri ſint artifices diligentes, & ſeduli, qui mihi pro meâ fideli inſtitutione gratiam debitam agent.

Credibile enim & veriſimile eſt, Spiritum hunc Auri & Mercurii ſubtilem & igneum, qualis adhuc ante fixationem exiſtit, mox multas occultas corporis ægritudines ſublaturum eſſe, & ſummâ cum utilitate adhibitum iri. In Quartâ Parte Furnorum, & Prima, Secunda, ac Tertiâ Parte Pharmacopœiæ Spagyricæ bona medicamenta arte ſubtili parare docui.

ocui. Hic autem vi & potentia utens, ignem : ferrum adhibeo, & summâ vi expello, quicuid sponte suâ exire recusat.

Præterea hic animadvertatur, oportet, si Ietalla, sive sit Aurum, Argentum, aut Cuum, per Amalgamationem cum Stanno & rgento vivo conjungi debent, ea prius in uras & splendidas calces redigenda esse, ut eo entius & promptius à Mercurio recipiantur. alcis autem tantum quarta, aut ad minimum xta pars tantum in Amalgatione addatur, ne ipiter nimiâ calcis copiâ in fulminatione imediatur. Omnis enim in rectâ fulminatione peratio consistit, si quid boni efficiendum t. Ut autem quis ab operatione non aberret, ius periculum facere poterit, an cuncta bee mixta, & parata sint. Ideò quartam lotos partem immitte crucibulo parvo, & hoc cunæ ardenti impone, & immotis ac intens oculis fulmen aspice, ut videas, quem corem redditurum sit. Si adeò album & claum extiterit, ut oculos occœcet, perinde Sol inspectus oculos occœcat, omnia ree & ordine mista sunt. Fumus eo colore tinus est, quem Metallum adjunctum habet. Aum purpurei, Argentum cœrulei, Cuprum ridis, ac Stannum & Argentum vivum sola al coloris fumum reddent.

Ex massa in crucibulo residua perspici quo-

quepoterit, an fulmen ritè peractum ſit, ſ
nimirum caput mortuum, ſive maſſa reſidu
poroſa eſt, & igneo ſapore linguam ferit. Co-
lores etiam ipſius maſſæ diverſi ſunt, prou
hoc vel illud Metallum additum fuerit. Stan-
num & Argentum vivum ſola albam tantum
& igneam materiam relinquunt.

Deniquenec hoc momenti haud parvi præ-
tereundum, ſi videlicet non Medicina aliqua
ſed Metallorum emendatio tantum quæratur
non neceſſarium eſſe, ut Mercurius addatur
cum Metalla, præcipuè verò Aurum, Argen-
tum, aut Cuprum cum ſolo Stanno liquar
poſſint. Nam liquata cum Stanno in maſſam
friabilem abeunt, quæ in mortario in pulve-
rem tenuem contunditur, cum æquali pon-
dere aut paulo majore Salispetræ miſcetur, for-
ti ollæ imponitur, operculo tegitur, ac circu-
lari igne circundatur, ut eodem magis ac ma-
gis appropinquante ſenſim incaleſcat, ac tan-
dem flamma concepta incendatur, & disjicia-
tur, qua in operatione multi flores in aura
abeunt, & ignea maſſa in fundo manet, in-
jectione Sulphuris alicujus comburentis in for-
ti crucibulo furno venti impoſito in corpu
Metallicum iterum reducenda, ac poſt redu-
ctionem denuo in pulverem redigenda, & no-
vo nitro commiſcenda, atque prioris labori
iteratione aliquoties rurſus eodem modo tra-
ctanda

tanda. Tandem Maſſa illa per Nitrum in crucibulo ubi reducta fuerit, Aurum, Argentum, ac Cuprum auctum ex Jove deprehenditur.

NB. Quia in hac operatione haud parum ex Metallis per fumum avolat, ejus conſervandi causâ crucibulum muro alicui apponi, & in muro nonnulla vaſa, aut ollæ ſublimatoriæ ſatis capaces ſupra illud firmari poſſunt, ut Metallis per fulmen accenſis flores elevati conſerventur, ac in purius, quàm anteà fuerunt, Metallum eleventur. Labor hic non multum abludit ab Operatione Baſilii, in quâ Salpetræ; *Mea*, inquit, *amaſia eſt hilaris fœmina* &c.

Duæ ſunt tantum fœminæ Metallicæ, Luna nimirum, & Venus, quæ utraque huic labori inſervit, hæc tamen commodius, quam illa. Imò & idem labor etiam Soli, Marti ac Saturno, qui fæminæ non ſunt, augmentum adjungit. Quando Jupiter, cum Venere aut Luna colliquatur, mulieres illæ exhilaratæ lætitia exultant, cantant, ſaltant, & tractari ſe etiam ſinunt, quocunque modò alicui eas tractare placuerit. Ideò *hilares fæminæ* appellantur.

Non contemnenda eſt operatio, utpote quæ laborem adhibitum probè compenſat, ac paucos ſumptus, ſi Salempetræ excipias, requirit, & majore quoque copiâ effectui dari

I 2 ri

ri poteſt. Sed prior noſtra cum Mercurio melior eſt.

Cæterum Operationi huic multum adhuc ineſt boni, cum multum in receſſu adhuc habeat. Sed hîc cuncta congerere neceſſarium non arbitror, quippe quæ maximam partem meæ Continuationi Miraculi Mundi melius convenient. Benevolus Lector hæc æqui bonique conſulat. Propediem, Deo dante, plura & meliora ſequentur.

Quæcunque hîc literis mandavi, veriſſima ſunt, & plurimis experimentis firmata, quibus unuſquiſque tutò confidere poterit; Si rectè operatus fuerit, ipſiſſimam veritatem comperiet. Sin verò Aſinus aliquis canere fidibus conari vellet, & craſſis ſuis digitis fides debito modo non tangeret, ità ut harmoniâ turbatâ diſſonus cantus ſequuturus eſſet, ſibi non mihi culpam adſcribat oportet. Nam omnia hic tradita ſecundum literam intelliganda, & in laboribus obſervanda ſunt.

Nemini etiam negatur inſtrumenta, & eorum uſum apud me videre, ſi modò à piis hominibus, & etiam debito modo, & occaſione commoda poſtuletur. Non enim eſt, cur quis ſibi perſuadeat, me paratum ſedere, & exſpectare, donec aliquis otioſus me compellet, & mihi moleſtiam exhibeat. Piis hominibus lubens præſtabo, quæ potero; non tamen mea

pro-

propria negotia negligendo peregrinis inſerviam. Sæpius hoc feci, & meo proprio damno non nimis credulus eſſe didici. Sæpius ad me venerunt, quibus de ſuâ neceſſitate conquerentibus meam opem & auxilium pollicitus ſum. Voti compotes facti eam gratiam mihi retulerunt, quam omnes ingrati referre ſolent. Plurimos in vitâ meâ beneficiis affeci; ſed parum fidei in plæriſque deprehendi, id quod ab impiorum & falſorum ejuſmodi hominum converſatione me penitus avocat & deterret. Ideò firmiter ſtatui maximam meorum ſecretorum, & arcanorum partem, præcipuè in Medicinalibus typis exſcribendam dare, & divulgare. Si mihi Deus vitam prorogaverit, ſingulis ſemeſtribus aliquid boni in lucem prodam, idque tamdiu, quamdiu, Deo volente, pennam manibus tenere, & eâ ad ſcribendum uti potero.

*FINIS.*

